



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries  
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-  
ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.






















JOSEPHI DOBROWSKY

PRESBYTERI, AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS,

SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICAERATQUE ALIARUM

MEMBRI

INSTITUTIONES

LINGVAE SLAVICAE

DIALECTI VETERIS,

QUAE

QUUM APUD RUSSOS, SERBOS ALIOSQUE RITUS GRAECI,

TUM APUD DALMATAS GLAGOLITAS RITUS LATINI

SLAVOS IN LIBRIS SACRIS

OBTINET.

~~~~~  
*CUM TABULIS AERI INCISIS QUATUOR.*  
~~~~~

---

VINDOBONAE,

SUNTIBUS ET TYPIS ANTONII SCHMID, C. R. P. TYPOGRAPHI.

MDCCCXXII.





---

## P r a e f a t i o.

---

### §. 1.

Sermo Slavenicus, rectius Slovanicus aut Slovenicus, sensu latissimo sumptus in duo genera idiomatum dispescitur: in Idioma ordinis primi (A); et in Idioma ordinis secundi (B).

Horum idiomatum characteres sunt:

#### A.

1. раз : разѸм.
2. из : издати.
3. л epentheticum:  
корабль.  
земля.  
поставлен
4.  
сало, крило,  
правило.  
молятся.
5. печи, моши.  
пещ, мош.  
(печи, мочи).

#### B.

- роз : розѸм.
- вы : выдати.
- корабль.
- зема.
- поставен.
- д epentheticum:  
сadlo, криadlo,  
правиadlo.  
моdlитисе.
- пещи, моци.
- пещ, моц.



#### IV

6. звѣзда, цвѣт.	гвѣзда, квѣт
7. тѣ, (той).	тен.
8. пепел.	попел.
9. птица.	птак.
стѣденец	стѣданица.
10. десница.	правница.

Secundum hos characteres si dialectorum species, quarum Grammaticae prostant, examinentur, quinque earum sub A, aliae quinque sub B comprehenduntur, et quidem:

Sub A.	Sub B.
1. Russica.	1. Slovaca.
2. Slavica vetus.	2. Bohemica.
3. Illyrica seu Serbica.	3. Sorabica seu Vendica in Lusatia superiori.
4. Croatica.	4. Sorabica in Lusatia inferiori.
5. Slovenica s. Vindica in Carniolia, Stiria, et Carinthia.	5. Polonica.

Differunt autem dialecti, etiam ejusdem ordinis, non solum vocabulis, sed maxime formis et flexionibus. Linguae Slavicae veteris, quam Caramanus alique litteralem, alii liturgicam aut ecclesiasticam appellant, characteres et discrimen ab aliis facile nunc ex Gramma-

matica hujus linguae cognoscent ii, qui de vera ejus indole judicare voluerint.

§. 2. Alphabeti slavonici auctorem Constantinum philosophum, alias Cyrillum dictum, encomio celebravit Johannes VIII. Pontifex in epistola ad Svatoplukum. »Literas sclavonicas, inquit, a Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo laudes debitae resonant, jure laudamus». Initium translatorum in linguam slavicam ab eo et fratre Methodio librorum sacrorum, ad officia Missae celebranda maxime necessariorum, in Bulgaria factum fuisse, testatur Biographus Clementis Archiepiscopi Bulgariae. Ad Moraviam et Pannoniam circa annum 863 evocatus Methodius »noviter inventis slavinis literis«, ut loquitur Anonymus de Conversione Carantanorum, inducto nimirum ritu slavico id effecit, ut populo vilescerent Missae et Evangelia ecclesiasticumque officium eorum, qui hoc latine celebrabant. Frustra itaque egit, qui nobis Alphabetum Proto-slavicum e Codice sec. XIII., quem centum annis Cyrillo antiquiorem somniavit, obtrudere voluit; frustra etiam ii, qui clericorum Dalmatiae traditionem seculo XIII. ortam de Hieronymi Versione slavica literis dalmaticis (glagoliticis) perscripta pluris aestimant, quam documenta legitima. Nec me movet Nicolai clerici Arbensis, qui Psalterium slavicum ad Hieronymi ex Hebraeo versionem accommodatum anno 1222 descripserat, suspecta adnotatio, se Psalterium hoc de-

## VI

descripsisse ex eo, quod Theodorus ultimus Archiepiscopus Salonitanus scribi fecerit. Voluit nimirum Nicolaus scriba fucum facere lectori, et eum hac ratione inducere; ut crederet jam ducentis annis ante Cyrillum versionem slavicam Psalterii exstitisse. Nec mirum id Scemensi (Seniensi) episcopo jam fuisse persuasum, qui petens ab Innocentio IV. licentiam, sacra peragendi lingua slavonica, traditionem clericorum asserentium, se literam specialem, quam observarent in divinis officiis celebrandis, a B. Hieronymo habere, etiam apud summum Pontificem valere posse credidit. Concessit licentiam Pontifex an. 1248 hisce verbis: »Nos igitur attendentes, quod sermo rei et non res est sermoni subjecta, licentiam tibi, in illis duntaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo sententia ex ipsius varietate literae non laedatur, auctoritate praesentium concedimus postulata».

Ab hoc itaque tempore distinguenda sunt duo Alphabeta Slavonica, alterum Cyrillicum, alterum Hieronymianum dictum. Distinguendus quoque ritus Slavo-graecus a Slavo-latino, quorum primus Codicibus Cyrillicis (Russicis, Serbicis, Moldavicis, Bulgaricis), alter Codicibus Glagoliticis continetur.

§. 3. Cyrillo, ejusque fratri Methodio, Slavicas ecclesias debere primam versionem librorum sacrorum, prorsus dubitare non licet. Si vero quaeras, quos in specie libros e graeca lingua in slavicam transtulerint, non facile

cile reperias testem idoneum, qui accuratius nos hac de re doceat. Diocleatis testimonio si fidem tribuas, audies: »Constantinum (Cyrillum nimirum) literam lingua slavonica composuisse, commutasse Evangelium Christi atque Psalterium et omnes divinos libros veteris et novi testamenti de graeca litera in Slavonicam, nec non et Missam Presbyteris ordinasse more Graecorum.» Alii similia tradunt, adduntque Odarum librum, ab octonis Octoechum dictum. Strzedowskius cum in Annalibus Sarnicii legisset, Erfordiae in Bibliotheca Reuchlini servari manuscriptum exemplar characteribus slavonicis exaratum libri Cyrilli Alexandrini contra Julianum, suspicatus est etiam hunc a Cyrillo nostro fuisse conversum. At cavendum profecto, ne librorum slavonicorum, qui fortasse aliquot seculis posterius translati sunt, Cyrillum interpretem fuisse statuamus. Nec scio, quid moverit editores, ut libri *МНННА ВЕЩАА* dicti anno 1600 editi auctorem Cyrillum Philosophum, Slavorum et Bulgarorum doctorem, dicerent, siquidem titulus libri iis verbis conceptus sit, quae Sopikovius in Bibliotheca Russica recitat. Idem etiam editionem principem Evangeliorum sine anno in fol. editorum N. 274. descripturus prolixo titulo a se concepto adjecit, Evangelia e Graeco fuisse in Slavonicam linguam seculo IX. a Methodio et Cyrillo, Slavorum episcopis, conversa. Quae quidem etsi vero similia sint, tamen titulo libri non erant *inserenda*, sed in notula aliqua subjungenda, uti



## VIII

N. 725, postquam N. T. editiones consignasset, factum est, ubi Nestoris, qui tamen hoc in capite interpolatus esse videtur, testimonium pro Methodio et Cyrillo tanquam auctoribus versionis N. T. adducitur, quamvis Nestoris verba non de integro novo Testamento, sed de Evangeliiis, Actis et Epistolis, minime vero de Apocalypsi intelligenda sint, cum hujus in ecclesiis Graecorum nullus sit usus. E veteri Testamento praeter Psalterium, cujus usus semper maximus fuit, certe vix aliud, quam paucae lectiones e quibusdam libris a Cyrillo aut Methodio seculo nono conversae sint. Hoc ex iis, quae Johannes VIII. in epistola ad Svato-plukum Moraviae ducem de libris slavicis pronunciavit, consequi videtur. »Nec sanae fidei aut doctrinae, ita ille, aliquid obstat, sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas novi et veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, aut horarum officia omnia psallere.»

Facto feliciter per Cyrillum initio non defuere alii, qui coepta continuarent. Dominum Kolajdovič cujusdam libri Johannis Damasceni versionem slavonicam a Johanne Bulgariae exarcho seculo IX. factam nuper detexisse, eundem etiam proxime editurum sermones Cyrilli, episcopi Turoviensis sec. XII., Annales literarii Vin-dobonenses Tom. XIV. indicant. A Johanne presbytero Exarcho conscriptum (сѣписано) Hexaameron Basilii, descriptum an. 1263, vidit in bibliotheca synodali

Mos-

Mosquae Dn. Vuk Stephanovich, pluribusque de eo egit in literis serbice scriptis (писмо) Vindob. 1821 editis. Ad finem sec. X. libri liturgici slavonici cum sacris Christianorum ad Russos pervenerunt, quorum duces sec. XI. interpretes librorum e Graeco transferendorum liberaliter aluere. Hoc tempore et Chronicorum lingua slavonica scriptorum initium factum est per monachum Kieviensem Nestorem, quem mox alii imitati sunt. Circa annum 1030 etiam S. Abbatem Procopium Bohemum, quem literis slavonicis a Cyrillo inventis canonicè imbutum annales domestici tradunt, monasterium Szaviense in Bohemia erexisse, et in id fratres regulam S. Benedicti professos lingua slavonica in sacris utentes induxisse scimus. Hos ob suspicionem haereseos Latinorum odio sub Spitigneo duce loco motos, ex Ungaria revocatos benigne recepit Wratislaus, qui et usum linguae slavonicae in sacris a Gregorio VII. Bohemis concedi frustra postulavit. Post Wratislai obitum latinis monachis inductis fratres ritus slavici alio commigrarunt; relictis quidem libris slavonicis in monasterio, qui tamen temporis lapsu omnes periere.

§. 4. In Russiae bibliothecis qui, quamque antiqui reperiantur codices biblici, e catalogis, quos Griesbachius primo et secundo Volumini Novi Test. graeci praefixit, cognosces. Sunt inter eos Bibliorum integrorum codices tres; Novi testamenti cum Apocalypsi codex unus, qui Alexii Metropolitae manu scriptus creditur. Novi testa-  
menti

## X

menti sine Apocalypsi unus. Quatuor Evangeliorum codices tres. Evanglistaria (lectiones ex Evangeliiis continetia) duo. Apostolus integer, Acta et epistolas Apostolorum continens, unus. Codices Apostoli quem ἀπὸστολος (i. e. ἄπραντος) vocant, lectiones ex Actis et Epistolis continentes, tres. Epistolarum Pauli cum Commentario unum. Apocalypseos, cum Andreae Caesariensis Commentario, duos. Horum plerosque vidi partim Petropoli, partim Mosquae, et examinavi, e quibusdam etiam specimina dedi. (Vide Gramm. p. 70 et 672 et sqq.). Veteris testamenti libros, praeter Psalterium, vix ullos spectare licet, qui seculo XV. antiquiores sint. Inter Codices slavicos Bibliothecae Coislinianae Sangermanensis, quos Montfauconius in Bibliotheca bibliothecarum Mss. enumeravit, reperitur N. 2. Veteris Testamenti codex unus, Nr. 3. quatuor Evangeliorum codex unus, N. 12. liber Tobiae, N. 22. Evangelia cum notis characterе elegantissimo et antiquissimo. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum opera longe plura ibidem consignata leges. De horum omnium aetate altum silentium. Idem Montfaucon in Diario Italico indicat in armario bibliothecae Ambrosiane esse »codicem Rutheno characterе, quem vocant S. Cyrilli, argenteis tabulis compactum, in quibus anaglypha». Constat vero ex responso bibliothecarii Bugati, quod in adversariis Fortunati Durich legitur, codicem hunc continere quatuor Evangelia, sec. XV. scripta.

Re-

Refert porro in Itinerario Bernardus Montfaucon Codicem Ruthenicum de officio divino in Bibliotheca Ducis Mutinensis, et codicem non spernendae vetustatis, in quo Psalmi caractere slavico, in coenobio Canonorum regularium S. Salvatoris Bononiae a se visos. (Vide ex eo specimen N. VIII. p. 686). Inter codices Slavonicos bibliothecae regiae Berolinensis memorat La Croze haberi disputationem Gregentii in manuscripto 400 fere annorum integram, cujus operis initium, cum in Codicibus graecis absit, a se latine conversum Alberto Fabricio miserat. E codicibus Ruthenicis, quos in Specimine codicum manuscriptorum bibliothecae Zaluscianae Janoykius an. 1752 descripsit, quidam vetustiores et praestantiores memoratu digni sunt. In folio Ritualia duo N. CCXI et CCXII. In quarto Codex membranaceus remotissimae antiquitatis, iudicio Janoykii, e bibliotheca Meletii Smotrisicii, Archiepiscopi Hierapolitani, Archimandritae Dermanensis, continens Canones Apostolicos, N. CCCLXXXV. Codex antiquissimus membranaceus N. CCCLXXXVI., cui inest Synaxarium de Sanctis Ecclesiae Ruthenicae. E minoribus Codex perantiquus N. CCCCLXXXVII. in membrana tenui, literis minusculis aureis exaratus, quo continetur Officium de S. Vladimiro. Integrum officium latine reddidit atque in Appendicem ad Specimen Ecclesiae Ruthenicae p. 1—15 intulit Ignatius Kulczyński. Menologium

Sanc-

## XII

**Sanctorum Ruthenorum N. CCCCLXXXVIII**, forma minima, in membrana tenuissima, literis minutissimis scriptum. **Liber liturgicus N. CCCCLXXXIX**, vetustissimus in charta nitidissima, literis elegantissimis, magna ex parte coccineo colore pictis consignatus. — »Carus et jucundus haberi meretur, (hoc manus recens annotavit), quoniam Cosacis in cruentissima illa ad Beresteciam pugna a Nostris cum multis aliis spoliis est detractus, A. D. 1651 in Julio. « Hos et alios dum e Russia rediens an. 1793 mense Januario Waruaviae inspicere vellem, responsum mihi fuit, illos pridem a possessore Zaluscio Ecclesiasticis Slavo - graeci ritus fuisse donatos. Mirum videri possit, inter omnes a Janoykio recensitos nullum esse codicem, qui Evangelia aut Apostolum contineat, cum tamen Evangeliorum codicem in charta scriptum Lundii, et alterum a Sparfwenfeldio e Russia allatum Upsalae viderim.

Codices Ruthenicos duos bibliothecae Vaticanae, quorum alter lectiones evangelicas per anni circulum secundum ritum ecclesiae graecae, alter quatuor Evangelia continet, descripsit Jos. Sim. Assemanus in Calendariis Slavicis. Matthaeus Sovich eos rectius Cisdanubianos quam Ruthenicos appellare maluit, cum Serborum more in iis et pro A scribatur. Primum Assemanus sec. XI. esse censuit. Hujus lectiones cum textu Speciminis VII. p. 679 convenire observavimus, excepta Orthographia. E secundo p. 75. specimen adduxi-



daximus. Cum is Joh. 1, 1. **ВНАЧЕЛѢ** pro **ИЗКОНН** legat, seculo XIII. scriptus esse non potest, sed ad finem sec. XIV. aut sec. XV ineunte. Tabulas Capponianas, Calendarii Sanctos repraesentantes, quas in eodem opere apte explicavit, facile admiserim a Serbicis monachis circa annum 1300 fuisse pictas.

Chronicon Constantini Manassis, quod eadem bibliotheca servat, anno 1350 scriptum slavonicus interpretes Regi Bulgariae Johanni Alexandro dedicavit. Codicem cyrillicum, anno 1406 scriptum et Duci Spalatensi Hervojae Bosnae Starostae dicatum, Acta et Epistolas continentem, Facciolatus Benedicto PP. XIV obtulit. Alium graeci ritus antiquum codicem in peculiari bibliotheca ejusdem Pontificis extantem, qui Novum Testamentum cum Psalterio continebat, examinarunt Caramanus et Matthaeus Sovich. Hic eum cisdanubianum (i. e. Serbicum) appellat, additque se eum non satis commode examinasse, et id circo aetatem ejus statuere non potuisse.

Praeter duos ab Assemano descriptos Codd. vaticanos tertium Caramanus in Apologia (Considerazioni) Cap. CXXXVIII. nominavit et examinavit. Continet Psalterium, decem Cantica, Canones et Officium B. Virginis ritu graeco. Characteres tam minuto et antiquo exaratum dicit Caramanus, ut forte non reperiatur codex, qui similes literarum figuras habeat. Has ille in Apologia calamo efformatas exhibet. D. Mich.

#### XIV

Bohrowski Canonicus Vlnensis graeci ritus, cum Codicem hunc nuper Romae inspexisset, eum in literis ad D. Kopitar his verbis descripsit: »Reperi etiam Codicem membranaceum in 16. nitide exaratum, continentem Psalterium et hymnum acathisticum (ακαθίστητον) Slavonica quidem lingua, sed caractere scriptum mirum in modum reformato ex Cyrilliano, quum Alphabeti literas vix non omnes mutatas aut potius mutilatas exhibeat, videlicet pro Cyrilliano a scribendo etc. (Literarum figurae typo exprimi non possunt) ita, ut scriptor, quisquis ille fuerit, artem tachygraphicam fingere videatur. Codex pertinet ad recensionem Danubianam, aetatis posterioris».

Cyrillicum Bosnensem parvum codicem graeci ritus apud se exstitisse Matth. Sovich refert. Complectebatur is Apocalypsim, cum initio Evangelii S. Joannis. Scripsit eum Radosav Christianus Gonsavo Christiano diebus regis Tomaw et avi Ratko. In postremo folio versus 13. cap. 2. epist. ad Titum glagolitico caractere sed non obvio perscriptus erat.

Evangelia slavonica lingua exarata religiose Remis servata, quae reges Galliae coronandi praestando iusjurandum tangere solebant, furor tumultuantium, proh dolor! igni tradidit.

Venetiis in bibliotheca S. Marci ante annos 26 examinaui codicem Novi Testamenti Serbicum, membraneum in 8<sup>vo</sup>, apud Griesbachium N. 11. Hic quamvis

in



in fine mancus (desinit enim Hebr. 1, 6.) continet tamen et Apocalypsim post Evangelium Johannis. Nominavi eum p. 676 et potuissem ex eo lectionem cum textu speciminis VI. conferre. Legit enim Luc. 1, 3. **ИЗВОЛИСЕ МНѢ ХОЖДШЪ ИСПРВА — ДЪРЖАВНЫ ТЕШПИЛЕ.** Voce **ХОЖДШЪ** utique aptius graecum **παρικο-λαδύκωτι** exprimitur, quam corrupto, ut videtur, vocabulo **ХЪЖШЪ**. Post Apocalypsim inserit narrationes: a) de decem verbis scriptis in tabulis lapideis. b) Dorothei episcopi Tyri de 68 discipulis Domini. c) Epiphani de Apostolis. d) De Pauli ortu et martyrio. Prologi praemittuntur Actis, epistolis canonicis, sed longior Pauli epistolis. Cum **СЕ** pro **СА**, **ЕСАМЪ** pro **ЕСМЪ**, et **ЮПА** pro **АЛФА** in eo legatur, patriam ipse prodit suam. Nec male in catalago «serviano idiomate» scriptus esse censetur. Adest et alius codex, idiomate serbiano, chartaceus in fol., qui odas, et lectiones pro festis SS. per menses Septembrem et Octobrem continet.

Paulus Solarich in memoriis literariis (**ПОМИНАКЪ КНИЖЕСКЫЙ**) an. 1810 Venetiis editis, memorat se vidisse, apud D. Johannem Pericinotti Ictum, Biblia slavonica, manu Monachi Gabrielis anno mundi 6937 (Christi 1429) sub duce Moldaviae Johanne Alexandro et ejus uxore Marina, in monasterio **НѢМЦУ** pulchre descripta. Per Biblia hic partem aliquam Novi Testamenti intelligi haud dubito, cum de codice aliquo, qui integra Biblia contineat, ante annum 1499 nullum sit

## XVI

sit indicium. Existimavit quidem Caramanus ex Inventario rerum mobilium, quae 1475 princeps Frangipani Vegliam miserat, colligi posse, praeter Missalia Illyrica (literis glagoliticis scripta) etiam sacra Biblia extitisse; sed metuo, ne de Bibliis latinis hoc intelligi debeat, aut de lectionibus e libris biblicis, quales in Breviis obviae sunt. Bibliorum versionem illyricam, quam in Seminario Poglicensi Prici non procul Almissa extare Appendini in notitiis historico-criticis perhibet, vulgari lingua et recentius confectam arbitror, Latinoque caractere conscriptam, non Glagolitico aut Cyrilliano

E Parisino uno specimen leges N. X. et ex altero lectiones p. 691. Ex iis, quos Bern. Montfaucon enumerat, velim codicem veteris Testamenti examinari, et de aetate codicis aut saltem de libris in eo contentis certiores reddamur.

Lubet et Angliam invisere. Servat Bibliotheca Bodlejana in Academia Oxoniensi codices Russicos (certe Slavonicos; an in Russia scriptos?) duos; impressos longe plures exhibet Catalogus A. 1674 editus, e quibus hic non nisi *Preces* lingua serviana, Ven. 1527 8. et *Biblia Ostrogiensia* 1581. nominare licet. Rariorres pronunciarem *Grammaticam Slavonicam* Vilnae 1518. et aliam *Ostrog.* 1518, nisi mendum cubaret in numeris. Constat enim ex accurate delineatis titulis, quod D. Holmes Altero miserat, primam esse *Lauren Zizaniae Grammaticam* 1596, et alteram esse eleme-

tarem libellum pro pueris, non Ostrogiae sed Vilnae 1618 impressum. Henricus Wharton in Auctario historiae dogmaticae Usserii Apostolum hisce descripsit: »Exstat etiam MS. in bibliotheca Lambethana codex lingua et literis Slavonicis (quales a Cyrillo inventae dicuntur) pulcherrime exaratus. Illum animadverti continere Acta Apostolorum (D a e a n i a A p o s t o l e s c a), et alia quaedam, forsitan Epistolas Pauli, Canonicas et Apocalypsim, cum Liturgia ad finem addita. An versio Cyrillo debeatur necne, non habeo quod affirmem, cum linguam minime intelligam ». Ita ille satis modeste. At certe fallitur in eo, quod Canonicas post Pauli epistolas nominet, et Apocalypsim et Liturgiam etiam codice hoc contineri putaverit. Ejusmodi libri, qui *npaξew* (pro *πράξεων*) seu Apostoli appellari solent, nil aliud comprehendunt, quam Acta, Canonicas, Pauli epistolas et Synaxarium seu collectionem mensium. Tales sunt apud Griesbachium Ribyanus N. 5, quem nunc Budae servat bibliotheca nobilis Domini de Jankovics, N. 7. Petropolitanus, N. 8. Vindobonensis, cujus lectiones Alterus in Novo Test. Graeco exhibuit, chartacei omnes; addam infra Vindobonensem membranaceum, qui post Alteri editionem N. Test. graeci Bibliothecae Caesareae accessit.

Codices Pragenses Evangeliorum chartaceos duos, apud Griesbachium 4. et 7. paucis descripsimus. Primus, familiae Serbicae, in bibliotheca regia publica, retinet

## XVIII

vocabula antiquiorum Codicum. Habet enim vocem година pro час, ктер pro нѣкый, книги pro писаніе, спона pro забѣса, вѣѣ pro вложи, нечю pro неувѣдѣ, отежчени pro штагчени etc. Alter, quem e Russia an. 1793 Pragam allatum servo, frequenter confundit ж et ѡ, ut solent codd. Moldavici; legitque, ut alia taceam, само, huc, pro сѣмо.

Monasteria Serbica in Sirmio si lustremus, magno numero se nobis offerunt codices biblici atque liturgici, immo et historici. Horum plerosque consignatos lego in descriptione Monasteriorum an. 1772 facta, quae olim Fortunato Durichio pro augenda Bibliotheca Slavica communicata fuit. In monasterio крѣшедол inter 51 ibidem inventos recensentur quatuor codd. Evangeliorum; duo an. 1540 et 1579 scripti, et duo sine anno. Scala coelestis (лѣстница) dictus, e Graeco translatus 1453 sumptibus Georgii Brankovich Despotae. Jus canonicum an. 1453. Vita S. Chrysostomi Semendriae sub Lazaro Despota an. 1458, alia an. 1593. Typicum seu norma Cerimoniarum ecclesiasticarum 1574, Cantiones festivales vulgo Postile. Sermones 1519. Regulae vitae christianae 1558. Libri ecclesiastici quatuor. De aliis in genere notatur: »alii porro sunt, quorum etsi titulus et annus emanationis ob vetustatem attritorum resciri non poterat, quantum tamen ex contextu colligere licuit, partim ecclesiastici, partim vero historici argumenti esse dignoscuntur». E novem in monasterio Re-

me-

meta consignatis notari merentur Evangeliorum liber 1684. Duo Psalteria sine anno. Homiliae Gregorii Nazianzeni 1629. Liber ecclesiasticus Minej dictus 1568. Inter 17 consignatos in monasterio Орово praecipui sunt Evangeliorum tres, quorum primus an. 1630, alter typō veteri illyrico editus, 1675 argento obductus fuit. Psalteria 1622. Aliud cum expositione 1637. Panegyricus 1509. Menaea, Prologi, Octoechus, Typicon. Liber Hymnorum seu Troparium ad SS. 1615, ad B. Virginem 1654. Jus canonicum (Законник) scriptum in urbe Jassy (Іѣш) per Damianum Grammaticum 1495.

In monasterio Јазаk inter decem Mss. reperti sunt duo libri Evangeliorum sec. XVI., duo Apostoli quorum unus 1541 scriptus fuit; duo Psalteria, ac praeter Menaea, Prologos, Ephremi Syri librum ad Monachos 1577, Vita et Encomia Regis Урош conscripta per Paisium Patriarcham Pekiensem 1642. In monasterio Бешеново quatuor libri Evangeliorum 1536, 1575, 1592 conscripti, quarti annus ob vetustatem dignosci nequit; Acta et epistolae 1652, praeter septem libros Menaeorum, Jus canonicum, Typicum. — In monasterio Шинатовая libri Evangeliorum duo, unus an. 1560, alter in membrana, ejusdem aetatis cum Apostolo (Lectionibus ex Apostolo) in membrana in Patriarchatu Pekienensi, regnante Stephano tertio Урош Rege Serborum, jubente Archiepiscopo Nico-



demo per hieromonachum Damianum 1324 scripto, quem mox pluribus describemus. Acta et epistolae in monte Atho descriptae 1670, praeter quinque Menaea, Panegyricum Sanctorum 1545, Liturgiarium seu Missale a Johanne Alexandro, filio Jeremiae Vojvodae Moldaviae 1596 huic monasterio transmissum, atque alios. — In monasterio **КѢВЕЖДИН** Psalterium valde attritum, Menaeorum libri decem, quorum tres sec. XVI. scripti, Dorothei Sermones ascetici, Exhortationes ad Monachos. — In monasterio **Рибина Глава** Evangelia 1560, Apostolus 1646, Psalteria tria 1643, 1646, 1654. Vita S. Athanasii in monte Atho scripta 1646. Menaeorum libri duo, Triodion 1563, Prologi 1560, praeter librum Canonum, et Panegyricum SS. 1615. — In monasterio **Ракова** Apostolus, Psalteria duo; praeter Vitas nonnullorum Sanctorum, scriptas 1592 in monasterio Bosnensi **Озрен** dicto, et librum Prolog.

Non miror, nullum Veteris Testamenti codicem inter tot Evangelia et Apostolos reperiri, cum ipse Constantinus Ostrogiensis dux fateatur, in omnibus regionibus nullum fuisse inventum, qui V. T. libros complecteretur. In ipsa etiam universa Russia nonnisi tria exemplaria Bibliorum integrorum (excepto tertio Machabaeorum libro) manuscripta extant. Chr. Fr. Matthaei in Appendice II. ad Apocalypsim de Novi Testamenti libris haec an. 1785 pronunciavit: »Codices Sla-

vonicos, ita ille, qui omnes Novi Test. libros continent, paucos eosque recentiores et in charta scriptos vidi. Hujusmodi est unus in forma maxima, qui in bibliotheca SS. Synodi Mosquae servatur. Secundum vidi in monasterio S. Trinitatis, Sanctique Sergii. In utroque annus et nomen scribae, si recte memini, notata sunt. Utrumque ego codicem, integra Biblia continentem, anno 1792 lustravi Mosquae; nam et secundus e monasterio S. Trinitatis post cl. Matthaei abitum ad Bibliothecam Synodalem perlatus fuerat. Hic autem caret nota temporis. Primus vero an. 1558 per monachum Joakimum scriptus est. Tertium vetustius exemplar Petropoli Mosquam 1791 missum, catalogo Synodalis bibliothecae, quae 649 libros slavonicos et inter hos antiquissimos non paucos servat, 7. Jul. 1792 inscriptum fuit. E quo, cum exemplar ipsum in cista sigillo munita inspicere non licuisset, notavi Biblia haec an. 1499 scripta fuisse sub magno Duce Joanne Basilii F. et Metropolita Simone, in domo Archiepiscopi Novogrodensis Gennadii. Etiam ex iis Evangeliorum et Apostolorum codicibus, quos e catalogo typographej Synodalis recitat Matthaei, multi ad Bibliothecam Synodalem translati fuerant, quorum plerisque ibidem inspexi. In catalogo monasterii Novae Hierosolymae quinque Evangeliorum exemplaria consignata legi; at bibliothecae a Nicone Patriarcha variis et raris libris ecclesiasticis ditatae codicibus volutatis



## XXII

tis non nisi lectionaria et unum Evangeliarium seu quatuor Evangelia integra reperi. Codex hic chartaceus in fol., emptus 1430 per hieromonachum Athanasium Russum in Monte Atho in Pantocratoris laura, translatus fuit in urbem Tver sub Magno Duce Boris Alexandri filio monachophilo, et datus S. Mariae Dei Genitrici 1436 sub hegumeno Jona. Procul dubio et alii libri in monte Atho scripti, in Russiam perlati sunt. De Basilii Hexaemero cum praefatione Joannis Exarchi Bulgariae, qui in bibliotheca Synodali N. 325 servatur, certo constat, id in laura Chilandar A. 1263 manu Grammatici Theodori descriptum esse. Vide specimen ex eo in Vukii literis (письмо) p. 11. Rituale Serbicum (Trebnik) in monte Atho an. 1624 scriptum fuisse catalogi perhibent.

In catalogo bibliothecae Academiae Petropolitanae, A. 1708. confecto, 232 Mss. omnis generis et aetatis consignata reperio, quorum aliqua Joh. Bacmeisterus in descriptione ejusdem bibliothecae nominavit. Evangelia in membrana A. 1317 non sunt integra, sed Evangelistarium, apud Griesbachium N. 2.; Evangeliorum codicem alterum (apud Griesbachium N. 3.) perhibet ille scriptum a. 1392. Ego notam chronologicam frustra quaesivi, quamvis de vetustate ejus non dubitem. At Seculo XIII. antiquiora Mss. ibidem non exstant. Et Menaea Aprilis in membrana non sunt 1296, sed 1396 scripta, seu anno Mundi 6906, non 6806,

6806, A enim denotat 900. E seculo XIV. adduxit Dionysii Areopagitae de coelesti Hierarchia librum per monachum I s a i a m translatus A. 1371 (corrigere 1471), Menaeum Martii 1348, Ephreми Syri sermones in membrana 1377, Octoechum 1387 in charta.

Utinam montem Atho sine periculo adire liceret! Inde profecto tot Patrum et Historicorum opera, olim in bibliothecam Seguerianam illata, accepta sunt. Vix tamen credo antiquiores ibi codices adhuc servari, quam sint Evangelia O s t r o m i r i (1057) et Ducis M s t i s l a v i, nuper detecta in Russia, quorum plenior notitiam desiderem. In his certe et aliis aetate supparibus antiquam Cyrilli versionem contineri haud dubito. Quis non optet, ut haec ceu linguae Slavicae monumentum antiquissimum, et ad Criticam sacram insigne subsidium, aliquando prorsus immutata ac characteribus vetustam formam referentibus in lucem edatur. Huic ego operi, quo universa gens Slavica et gloriari et proficere posset, lubens consecrarem operam meam, si quis Maecenae sumtibus ferendis par inveniretur.

Sed jam Vindobonam redeamus. Caesarca bibliotheca servat Tetraevangelii codices duos chartaceos in folio N. 355 et 356. Horum primus a principe P e t r o, senioris Stephani Vojvodae Moldaviae filio monasterio Xeropotamiensi an. 1535, alter a K r u n i a, dicta Monacha Maria, an. 1651 ecclesiae SS. Michaelis et Gabrielis in urbe Belgrad donatus fuit. Ex utroque

## XXIV

que lectiones excerpfit sedulus Alterus pro editione sua N. Test. graeci. In Cod. Belgr. librarius ж et л confundere solet, quod Alterum saepe fefellit. Xeropot. Serbicorum codicum more е pro л amat: се pro са, петъ pro патъ, хотен pro хотан. Discrimen inter ы et и rarius negligit, at inter ѣ et ѥ fere semper, ubique pro ѣ scribendo ѥ; porro euphonicas vocales е aut о ante р et л non inserit, sed ѥ apponit literis р et л: прѣвѣнѣцѣ, вѣлкѣ, вѣстокѣ. Ex Adversariis Fort. Durich, qui diligentius ratione Orthographiae utrumque olim examinavit, lubet differentias utriusque paucas notare. E Matthaeo: ѿ гредѣщаго гнѣва, Belgr. бжджшаго; имами, Belgr. имамы; гредѣи, Belgr. гради; нкго, Belgr. него; нѣ, Belgr. нѣ; землѣ, Belgr. землѣ; нынѣ, Belgr. нынѣ; езыкѣ, Belgr. азыкѣ; начеть, Belgr. начать. E Marco: поас оу-снѣанѣ, Belgr. п. оусмѣнѣ; въ вѣрѣме, Belgr. вѣврѣма. E Luca: многы, Belgr. многы; званнѣмѣ, Belgr. званнѣмѣ; соутъ вѣса, Belgr. сѣтъ вѣсѣ; селѣ, Belgr. сѣло alia sede accentus; к еос, Belgr. л; ме, Belgr. ма; покх, Belgr. полх; ницек и вѣднѣе, Belgr. ницѣа и вѣднѣа; сѣмо, Belgr. само; моеѣ вечеѣе, Belgr. моеа вечеа; чедѣ, Belgr. чадѣ. etc.

Eadem Bibliotheca palatina servat duos codices Actorum et Epistolarum, unum chartaceum in 4. N. CI., alterum elegantissime in membrana scriptum in fol. N. 3275. Chartaceum in 4., ex quo lectt. variantes Vol. II.

Nov.

Nov. Test. Alterus inseruit, apud Griesbachium N. 8. (inter Codd. Act. et Epist.) descripsimus. 1 Joh. 5, 8. ita habet: ꙗко трѣ соуť свѣдѣтельствующе. а҃хъ. и вода. и кровь. и трѣ вѣ єдино соуť. Eum esse Serbicae familiae orthographia prodit. Membranum (пра҃ѣω dictum) imaginibus, rubricis aureis ornatum 1610 scribi fecit Archiepiscopus Anastasius Krimkovich, Metropolita Moldaviae seu Suchaviensis, eumque monasterio recens aedificato Dragomirnenſi donavit. Hunc codicem Alterus pro editione sua N. Test. conferre non potuit, cum duobus annis serius (1789 mense Aprili) Zamoscio missus fuerit. Descripsit vero eum in Appendice ad Homeri Iliadem, et lectiones ex eo in Miscellaneis adduxit. Ab Ostrogienſi textu non nisi in paucis differt. Act. 3, 1. observante Durichio legit Dragom. вѣ цр҃ковь, Ostrog. вѣстїлице, v. 3. Dragom. ѿ вѣзлазациихъ, Ostrog. вѣходящихъ, v. 5. Dragom. servat Dualem ѿ нею, Ostrog. ѿ нихъ, in plur. v. 8. Dragom. хождааше, Ostrog. omittit а. Dragom. scribit прѣд, Ostrog. прѣд. Dragom. utitur non raro vocali ѣ pro а: вѣѣко pro вѣако, опалѣюци pro опалаюци, помышлѣюци pro помышлаюци, вышнѣа pro вышнаа, ближнѣго pro ближнаго, immo et трѣва pro трава. Amat нж pro нѣ seu но. Servat tamen а in са, ма, азык. Jacobi epistolam ex hoc codice et antiquiore chartaceo cum editis conferre si cui tibeat, videbit rarius omnes tres differre; ac saepius,

## XXVI

pius, ubi chartaceus differt, Dragomirnensem cum editis convenire. Jac. 1, 6. pro Instrumentali вѣтрѣ, quem habent editi et Chart., legit Dragom. ѿ вѣтрѣ, at възмѣтаемѣ Drag. cum editis, Chart. vero възмѣщаемѣ. Pro развѣбаемѣ vero, Cod. Chart. развѣбающѣе, a quo Dragom. solum orthographia differt, cum са, pro се retineat. V. 7. про да не мнит, Dragom. да не непишет. V. 8. Chart. legit неουσταμενη ἀκατάστατος, inconstans, et ab utrisque differt, qui неустроен habent. V. 13. неискѣшает Dragom. et editi, exigente Syntaxi slavica particulam не, Chart. vero не non admisit, cum in Graeco non legatur ἄ. V. 23. законѣ i. e. νόμος pro словѣ i. e. λόγος. Cap. 2, 4. про злых editorum Codices habent Dativum, Dragom. злыми, Chart. лѣкавшими. V. 19. Drag. страшѣте, (quod ex трѣсѣте antiquiorum Codd. ortum sit), Chart. оужасающе, edd. трепещѣте. V. 25. Dragom. такожде же cum editis, Chart. подобнѣже. Cap. 4, 5. Chart. тыщето Dragom. сѣетно, editi всѣ. V. 6. Chart. et Dragom. благодарѣть, editi благодарѣть. Cap. 5, 1. ἄγε νῦν Dragom. оубо и нѣнѣ, editi прѣидѣте нынѣ. V. 3. Chart. скровищевасте ἐθυσανρίσατε, Drag. cum editis снискасте. V. 11. Chart. многоблагодѣроу πλὺσπλαγχνος, Drag. cum editis многомилоствѣ. V. 14. Chart. et Dragom. immo et Ostrog. попы, et мѣлом, correcta прѣсвѣтеры, et елеем. V. 17. conspira Drag. cum aliis Codd. p. 697.

Со-



**Codex Serbicus** chartaceus in 4., **Psalterium** continens, ejusdem Bibliothecae N. XCVIII. seculi XV., vix unquam differt ab edito Venetiis 1561. Uterque Psal. 1, 3. mascul. **иже** male legit pro neutro **еже**, cum istud, uti graecum  $\delta$  ad  $\xi\acute{\upsilon}\lambda\omicron\nu$ , ad **дрѣво** referatur. Ps. 121, 8. Ms. **ближник** in Genitivo plurali, pro **ближик** editionis Venetae, quod certe vitiosum est, pro **ближнихъ** aliarum. Confer Gramm. p. 314. Ps. 77, 28. **окрестъ окрестныхъ**, ed. Ven. **окрестъ** in plurali. Pro veteri **окрестъ** seu **окрестъ**, cum quo **черга** et **чардак** Serbis usitata conferre liceat, Ostr. et aliae editiones **жилицъ** legunt.

**Codex Serbicus Odarum**, quae in Octoecho leguntur, paulo aliter dispositarum, membraneus in 4. sec. XIV. N. XLVI. Adhaerent Canones poenitentiales minori caractere (foll. 35.) ex alio codice, nec non tria folia rudiori caractere, in quibus Evangelium de Lazaro (Joh. 11, 1.) inchoatur hisce: **ѣ етеръ колен лазаръ. ѿ вѣтани градъца марина**. Editi habent **нѣкто** pro **етеръ**, **кола** pro **коленъ**, **веси** pro **градъца**. Confundit librarius non raro **ы** et **и**, scribendo ex. gr. **мы**, mihi, pro **ми**.

**Codex slavonicus** in Russia scriptus, membraneus in 4. sec. XIII aut XII, apud Griesbachium N. 1. Continet praeter Canones anastasimos aliasque **одас** Octoechi, etiam lectiones ex Evangeliiis et Apostolo, et in marginibus rubro colore **снѣзаръ** (Synaxarium). Accessit is Bibliothecae Caesareae post mortem posses-

## XXVIII

soris Aloysii Hanke ab Hankenstein, qui peculiari dissertatione, quam inscripsit: *Rezension der ältesten Urkunde der Slavischen Kirchengeschichte, Literatur und Sprache, eines pergamentenen Kodex aus dem VIII. Jahrhunderte*, Budae 1804 in 4. impressa, aliis persuadere conabatur, Codicem hunc esse linguae slavicae antiquissimum monumentum, et ante Cyrillum seculo integro scriptum. At scribam Russum fuisse, omnia clamant. Fol. 271. in inferiori margine *Здоров полко*, in Calendario 8. Junii *перенесѣнѣ* legitur. Martius *березозла* appellatur. Euphonicum Russorum *о*, quamvis pro eo alias vix non semper *ѡ* scribatur, tamen jam in eo invenias: *плоть про плѣть, волѣхвомѣ про вѣлѣхвомѣ, но про нѣ, сотѣ (Genit. plur.) про сѣтѣ а сто, вопию про вѣпю, вонѣ про вѣнѣ in eum, вонѣ, вотьмѣ, возрѣти про вѣзрѣти, ко про кѣ, отондѣ, отокназь, надовсѣми*. Adde *марот*, Martius, pro *март*. Confer ex eo Specimen VII. p. 679, et aliud p. 72. Gramm. Plura quidem dedit auctor recensitionis, sed non sine erroribus excusa, ut taceam signa *ѣ* et *ѡ* admodum confusa. Quam presse vetus interpretes Octoechi graeca slaviciis vocibus reddere soleat, uno saltem tropario, e Canone anastasimo toni primi desumpto, doceamus:

Ο' χερσίν	ἀχράντοις	ἐκ χοῦς,	θεουργικῶς
роукама	прѣчѣтыма	ѡ перѣти	бѣлѣпно
			кат'



κατ' ἀρχὰς διαπλάσασμε, χεῖρας διεπέτασας  
 иπερβα сѣздавъ ма. роуцѣ простѣрълъ ки  
 ἐν τῷ σαυρῶ, ἐκ γῆς ἀνακαλέμενος, τὸ φθαρένμυ  
 на κрѣтѣ. Ѡземла вѣзѣвама. тлѣньнок ми  
 βῶμα, ὁ ἐκ παρθένης προσείληφας.  
 τέλο. кже Ѡ дѣти пригати.

Sic Cod. Vindob. olim Hankianus. Cod. Vindob.  
 Serb. differt quoad vocales et Orthographiam in his:  
 ѡпрѣсти, иπερβα, сѣздавъме, простѣрълъ, Ѡ зем-  
 ле, вѣзѣвама, приети, additque ꙗко прослави се.

Cod. Serb. meus legit иже ante рѣкама cum edi-  
 tis. прѣчистымима; иπερβα бѣолѣпно (hoc ordine  
 et Veneta ed. an. 1537), распротрѣть, (ed. Venet.  
 распротрѣтъ), земле, вѣсприетѣ (Venet. вѣсприкѣтъ).

Editiones posteriores, uti Buzeana in Valachia  
 1770 in fol., legunt, корѣдѣтелиѣ про бѣолѣпно,  
 распротрѣл еси, вѣзѣвама, приал еси.

Non est tacendus Codex Philolog. graecus N.  
 CLXXI. chartaceus in 4. sec. XIV. glossarium graecum  
 continens, quod ob superscriptas in primis 15 foliis voces  
 Slavonicas Graeco-Bulgaricum Durichius in Bibl. Slav.  
 p. 270 appellavit, quamvis ex eo exemplum varietatis  
 russicae, nimirum корзѣног, produxerit. A Russo,  
 non a Bulgaro slavica vocabula scripta fuisse, pluribus  
 exemplis doceri potest. ἄβελλον. ταπεινόν. et su-  
 pra hanc vocem кроток. — ἀγαθός. ἀνδρεῖος. χρα-  
 кор.

### XXX

βορ. — ἄγοντα. ἡγούμενον. вож (pro βοждь). — ἀγετά. λεπτά. тонка. — ἀδάυης. ἐγρηγορος (sic), борзтин. — ἀδηφάγος. γαρίμαργος. чревополнец. — ἄδροι. ἄρχοντες. князи. Bulgarus aut Serbus κνεзи scripsisset. — αἰγιν. τὸ ἀπ αἰγίν γάλακτος ἢ ἡ πόλις. козьк молоко или города. Bulgarus scripsisset маѣко aut млеко et града. — αἰζηρί. νεανίσκοι. молоди. — αἰθνία. ἐναλία κορώνη. морскага ворона, etc.

Praeter Missale glagoliticum 1368, e quo specimen XII. pag. 697, et Breviarii lectiones, e quo specimen XIII. pag. 698 dedimus, exstant in Bibliotheca Caes. codices glagolitici manuscripti quatuor. a) Missale in fol. sine nota anni. b) Psalterium cum Canticis in 4. in charta et membrana an. 1463 scriptum. c) Liber Kvadrige dictus, tractans de fidei articulis, de decalogo et de aliis, an. 1493. scriptus. d) Expositio Evangeliorum (тамаченіе евангеліи) incipiendo a prima dominica quadragesimae, in charta in 4. an. 1503.

Non repetam glagoliticorum Missalium et Breviariorum descriptiones, quae e Caramani Apologia sumtae apud Assemanum leguntur. At Matthaei Sovichi verba e Praefatione ad versionem latinam Crammaticae Smotriskianae, quibus Codicem suum describit hic adducam: »Glagol. meus olim Codex, nunc autem Alberti Fortis, loco S. Georgii parum a Segnia distante adscribendus, a scriptore ignoto Michaeli

eli

eli Soltich presbytero an. 1462 dicatus. Continet varias lectiones S. Scripturae, Sanctorum gesta, Visiones, morales sermones, Missam auream, aliaque partim semivernacula, partim literali lingua, tum in membranis, tum in charta scriptus. Ita ille. Servari nunc codicem hunc in Bibliotheca, quam diligentissimus et scientissimus rerum Slavicarum collector Baro Sigismundus Zois Lublanae posteris reliquit, ex catalogo librorum Slavicorum mecum quondam communicato video.

Nominandi mihi sunt praeterea duo Codd. Evangeliorum Vindobonenses, quos inspexi, chartacei in folio. Alter Serbicus Dni. Kopitar, alter familiae russicae in bibliotheca libris ad historiam praepremissis polonicam spectantibus instructissima, quam Excellentissimus D. Maximil. Comes Ossolinski patriae suae Poloniae consecratam voluit. Cod. Kop. recte legit Luc. 7, 25. *ἡ царкѡхъ ἐν τοῖς βασιλείοις*, pro vitioso *царствіи* (Mardar. *црствихъ* in plur.) editorum. Confer in correcta glossam *во дворѣхъ*. Non tamen caret naevis. Marci 15, 7. male legit *въ кровѣ* cum Ostrog. pro *въ ковѣ*, quod Mardarii editio e correctiori Cod. exhibet. Inserit saepe vocalem euphonicam a inter duas consonantes, quae alias sine vocali conjunguntur: *даци* filia pro *дщи*, *даскы* pro *дскы*, *дацица* pro *дщица*, *лажа* pro *лжа*; *маній*, *мазда*, *ластацъ* pro *мній*, *мзда*, *лестецъ*. Sic et in fine: *огань* pro *огнь*, *седамь*, *осамь*.

### XXXII

осамъ про седмъ, осмъ. Adde нѣсомъ про нѣсмъ. Saepissime vero а vel ь vocalem euphonicam е aut о Russorum supplet: на et нь про но, ка et къ (rarius кѣ) про ко, вась et въсь про весь, мачь про мечь, лажь, et лѣжь про лож mendax, начин про начен, бадр про бодр, дѣбрь et дѣбрь про дѣбрь; жазл et жѣзл про жезл; пѣтал et пѣтал, силан et сильн, осѣл et осал, стѣденац, вѣнац, сѣчац про пѣтел, силен, осел, стѣденец, вѣнец, сѣчец. А жарц seu жѣрц про жрец. Inde Adject. жарчакъ et жарачакъ. Hinc et пѣтакъ про пѣток; крѣпакъ, ѡпрѣпакъ про крѣпок, ѡпрѣпнокъ. санмище et сѣнмище про сонмище; стагна про стогна; паприще et пѣприще про поприще. Apparet hinc, поприще non esse compositum ex Praepositione по, cujus vocalis non est ambigua. Malim ergo поприще potius a radice peregrina пѣпр оpe formativae ище, quam попрѣти (Gramm. 117.) deducere. Retinet plerumque antiquas voces. Luc. 7. 2. тѣчанъ про честен editorum. Alibi книги про singulari книга et про писаніе, ктеръ про нѣкѣй. Miscet et flexiones vulgares recentiores Serbicas, sed non nisi rarissime: вѣмо про вѣмы, дамоли или недамо, Joh. 10, 5. чюждагъ гласа про чюждаго. Luc. 4, 29. да къ и низринѣ ли про да къша etc. At Cap. 5, 1. more antiquo да къше слышали. Marci 6, 40. про лѣхы substituit мѣста: на мѣста на мѣста. Ossolinianum cūm

cum editis retinuit phrasin antiquam **НА ЛѢХУ НА ЛѢХУ**. Correctorum glossa **НА КЪЧИ**, in cumulos, prodit eos vocem **ЛѢХА** non satis intellexisse. Hic quoad Orthographiam ad Moldavicos codices accedit. Habet enim **НЖ** pro **НО**. Confundit **А** et **Ж**. Pro **А** subinde substituit **Ѣ**: **всѢ** pro **вса**, **варѣет**, praecedit, pro **варает**, immo **трѣва** pro **трава**. Marci 10, 38. conspirat cum edd. antiquis, legendo **невѣстася**. Correcta delevit **СА**, quod etiam in Кор. abest. Luc. 24, 11. retinet Ossol. antiquum **блѣди** (Кор. **блѣди**, alii Codd. Serb. **блѣди**) pro **лжа**, quod jam in Ostrog. legitur. Matth. 28, 19. negligens scribe omisit **и сына**.

Chronicon slavicum apud RR. PP. Benedictinos Scotos Alterus e graeco Dorothei Metropolitae translatum, at multis capitibus auctius pronunciavit pluribusque descripsit in Miscellaneis philologico criticis. Auctor versionis est Arsenius Satanowski, monachus Kieviensis.

Apostolum in membrana (lectiones ex Apostolo) Monasterii **ШИШАТОВАЦ**, qui sub Stephano Урош tertio, jubente omnium regionum Serbicarum Archiepiscopo Nicodemo, Pekii in urbe seu arce **жрѣло** (**оу пекѣ въ градѣ рекомѣм жрѣлѣ**) ab hieromonacho Damiano anno mundi 6832 (i. e. 1324) descriptus est, cum frequentissime citaverim, de ejus Orthographia nihil jam adjiciam, nisi eum **ь** subinde in fine vocum duplicare: **пророкъь, мѣжьь, времяньь, лѣтъь**, in



### XXXIV

his vocibus ad designandum Genitivum pluralem; rarius in pronomibus **тъ** pro **тъ**, et **съ** pro **съ**. Cum solo **ь** (pro **ь** et **ъ**) utatur, etiam **соль**, nunquam **ъ** occurrit. Et vocibus et formis vocum ac lectionibus multum differt ab editis et Codd. junioribus. Act. 27, 16. legit **отожже ктеръ прѣмхавше**, editi vero **островже нѣкій мимотекуше**. Novit tamen et vocem **остров**, insula, alibi occurrentem. Mundus ei est **весьмиръ**, sed subinde et **свѣтъ**. Sic et **мѣсець** pro **лѣна**, **лѣка** pro **нѣдро** sinus (maris); **скрижаль скандалъ** petra scandali, pro **камень соблазна**. **мученик** *μαρτύριον*, pro **свѣдѣтельство** 1 Tim. 3, 6. nemo probaverit. Gal. 4, 17 **цркви васъ хотеть** pro **ѡлѣчити** вас **хотѣтъ**, quasi legisset *ἐκκλησία* pro *ἐκκλησία*. Philipp. 4, 3. *σύζυγε γνήσιε* socie germane, (Vulg. germane compar) de femina dici putavit, cum habeat: **приснаа съвръстниче** pro **сѡпрѡжнице** **присный**. 1 Cor. 11, 10. librarius erravit scribendo **власт** pro **власти** et 1 Thess. 5, 8. **дне вни сѡще** pro **сѡве сѡци** **дне**. Sequitur hic Slavus, Codd. graecos, qui *νιοι* addendo legunt *ἡμέρας νιοι ὄντες*.

§. 5. Juerit saltem typographicorum slavice literis instructorum initia breviter perstringere, cum lingua slavica impressorum librorum catalogum in specimine Bibliographiae russicae integro Volumine primo Basilius Sopikovius dederit. Primus omnium Slavicorum lingua literali seu ecclesiastica editorum librorum e

Mis-

Missale glagoliticum anni 1483 sine indicio loci in fol. Caramanus in Apologia cap. XXXIX. Missalia glagolitica antiqua an. 1528, 1531 recensens, non nisi fragmentum hujus Missalis se vidisse apud Patres S. Joannis Zarae testatur, quod characteribus majoribus (più rilevanti) differre ab aliis et defectum majuscularum in eo suppletum calamo observavit, de tempore editionis nihil statuendo. **Matthaeus Sovich** exemplar, quod possedit, in Praefatione Grammaticae Meletianae ita describit: »Missale secundum legem Romanae curiae, praemisso Calendario (sed manco), sine literis majusculis — sine loco: anno Domini (uti in fine notatur) 1483 mensis Februarii die 22 haec Missalia fuerunt absoluta«. Ipsum hoc exemplar in Bibliotheca Caesarea spectare licuit. Clausula finalis (transformatis literis glagoliticis in cyrillicas) sonat: **ЛѢТ ГНІХ Ч. Ѧ. О. Р. мѣа первра днѣ І. В. ти мисли бише свршени**. In Bibliotheca Vaticana duo exemplaria, unum integrum literis initialibus manu pictis, alterum mancum se vidisse scribit **D. Mich. Bobrowski**.

In domum Archidiaconi Segniensis **Sylvestri Bedriccich** Magister Gregorius Segnia ortus, ad imprimendos literis glagoliticis libellos illyricos at vernacula lingua scriptos ex urbe Venetiarum Segniam 1507 vocatus fuit. Istorum tres nominat **Sovichius**, quos possedit: 1) Transitum Hieronymi, 2) Manipulum Curatorum 1507. 3) Quadragesimales fratris Ro-



# XXXVI

berti 1508. Secundum, Guidonis Manipulum Curatorum (НАРЪЧНИК ПЛЕБАНЪШЕВ) 27, Augusti an. 1507 editum, servat Bibliotheca Caesarea. Missalis glagolitici curante fratre Paulo de Modruша Ordinis S. Francisci Conventualium apud Franciscum Bindoni et Mafeum Pasyni Venetiis 1528 in 4. impressi exemplar servatur Pragae in bibliotheca regia, aliud mancum in Rudnicensi Principis de Lobkowitz. In Vindob. Caes. vero reperitur Azbukvidarium glagoliticum, rarissimum cimelium, quod eodem tempore ibidem in 4 editum videtur. Constat 6 foliis, quorum quintum hic deest. Post Rubrum Іѣ маѣа, sequuntur 32 litterae glagolicae, quibus loco ultimo figura )(, latinum X repraesentans, addita est; deinde Pater noster, quinque Psalmi Dominicae ad Vesperas (109 — 113), Canticum Magnificat, Canticum Simeonis, Psalmi 129, 50, 90. Hymnus (Іман) Те Deum; Introibo ad altare, Confiteor, Absolutionis formulae duae Salve regina (спаси кралице мати etc.); Evangelium Joannis, Cap. I. искени бѣ слово. и слово бѣ бога. и бог бѣ (omisso слово). се бѣ искини бога вса тѣм баше и безнегоже ничтоже бист еж бист в том живот бѣ. Symboli singulis articulis nomen et imago Apostoli praelegitur. Benedictio mensae. Benedictio mane dicenda. Denique Oratio cum rubro мѣтвѣ онѣ кид бѣде говѣа з дивоцноном бѣки дан е

Anno

Anno 1531 tertium Missale imprimi curavit Flumine in aedibus propriis Simon Cosicich seu Begna illustri familia Jadertina ortus, Episcopus Modrušensis.

Idem episcopus, Sovichii verba recito, librum de vita Romanorum Pontificum et Caesarum an. 1531 aliosque libros edidit, ut ipse in Praefatione testatur. Ejus editiones non exhibent purum Slavonismum. Exemplar Missalis mancum e Bibliotheca L. B. de Zois Vindobonam missum nuper inspexi. Breviarii a Nicolao Brozich, plebani de Omiseel (Castel-Muschio) in insula Veglia, Venetiis apud filios Joh. Franc. Turresani 1561 in 8. editi duo exemplaria in Bibliotheca Caes. spectare licet. — Libri ab Antonio Dalmata et Stephano Consule translati et typis glagoliticis Tübingae et Urachii 1562 — 1564. editi, cum lingua vulgari scripti sint, eos hic recensere nolim. Eos, post Schnurrerum et me, plerosque ad exemplaria Bibliothecae Caesareae, plene descripsit D. Barth. Kopitar in Appendice Grammaticae suae Slavicae (dialecti Carniolanae).

Ad Cyrillicos libros, quorum longe major est numerus, transeamus. Seculo XV. editos non nisi quinque aut sex nominare licet. Tres Cracoviae in Polonia an. 1491.

Octoechi (осмогласник) ibidem in fol. impressi notitiam dedit G. Sam. Bandtke in dissertatione de primis Cracoviae in arte typographica incunabulis

Psal-

### XXXVIII

Psalterii meminerunt Joh. Bacmeister et alii, et ex his Sopikovius. Breviarium seu Horologium (часословец) in 4. in Bibliotheca episcopali Munkachensi exstans nominavit Fort. Durichius in Bibliotheca Slavica p. 126, ejusque ampliorem descriptionem promissit. Postremo folio sub Insigni urbis Cracoviensis clausula legitur iisdem verbis concepta, uti in Octoecho apud Bandtke: **ДОКОНЧАНА БЫСТЬ СИМЪ КНИГА ОУ ВЕЛИКОМЪ ГРАДѢ ОУ КРАКОВѢ. ПРИ ДЕРЖАВѢ ВЕЛИКАГО КОРОЛЯ КАЗИМИРА. И ДОКОНЧАНА БЫСТЬ МИЩАНИНЪМЪ КРАКОВСКИМЪ ШВАНПОЛТОМЪ ФѢОД., ИЗЪ НѢМЕЦЪ НѢМЕЦКОГО РОДУ, ФРАНКЪ. И СКОНЧАШАСЯ ПО КОЖИЕМЪ НАРОЖЕНІЕМЪ. ДѢ СѢТЪ. ДЕВЯТЬДЕСЯТЬ И Ѧ ЛѢТО.**

Tetraevangelium (четверо евангеліе) in fol. sin. nota anni edidit Johannes Biegner de Brassovia (i. e. Corona urbe Transilvaniae). In fine editor se ipsum nominavit hisce: **АЗЪ ЖЪПАНЪ ХАНЬШЪ БѢГНЕРЪ ІВРАШЕВ.** Serbuni fuisse editorem ex Orthographia colligi posse autumavit Sopikovius. At cum in specimenibus ab eo adductis **А** legatur in vocibus **СА, БЫША, ОБЛАТЬИ, МА, ВРѢМА**, potius e Codice Moldavico hanc editionem factam fuisse censeo.

Anno 1493 editi Breviarii Slavici in 8. memin. Chr. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. Norimbergae P. I. p. 222. Impressit Magister Andreas de Thoresan de Asula die 13. Martii. 1493. (Venetiis). Videtur es. **ЧАСОСЛОВЕЦ.**

Anno

Anno 1493 — 1494 Octoechus jubente Georgio Cernoevich (црѣноєвичъ) principe, et Babyła episcopo, editionem curante Monacho Macario de Monte nigro, impressus est, cujus exemplar Budae vidit Georgius Ribay. Aliud servari Miragnae in ecclesia Serborum refert Caramanus, apud quem librarii forte errore 1474 pro 1494 legitur.

His adnumerandum est Euchologium (молитвенникъ) rudioribus typis impressum in 4. manum apud me. Post duernionem 31, cujus signatura in primis quatuor foliis est Z<sub>1</sub>, Z<sub>2</sub>, Z<sub>3</sub>, Z<sub>4</sub>, et in octavi folii pagina versa ѠѠ, continuantur signaturae latinis literis Ii, Kk, Ll, Mm; signaturae Mm, non nisi quinque folia adsunt, reliqua desiderantur. Secundam editionem curavit Vincentius Božidari Vuković filius iisdem typis, quibus Psalterium 1561 Venetiis impressum est. In hac editione singulae paginae respondent paginis primae; sign. Omni apparet superne Nomen бож i. e. божидар. Hic uti et alibi inscriptio чинъ бываемъи legitur pro послѣдованіе et надъ коутникю, pro надъ коливом primae editionis. Alia fere immutata mansere. Exemplar Bibl. Caesar. duernione лѣ finitur, videturque folium cum notatione anni et loci deesse. Textum evangeliorum et epistolarum in hoc Euchologio pro usu Serbicarum ecclesiarum edito parum differre ab Ostrogiensi observavi. At lectiones ex Prophetis minus conveniunt.

## XL

In acoluthia festi Epiphaniae, Isaiae Cap. 35. integrum legitur, cujus v. 7. sic sonat: и боудеть безводное въ блго. и въ жеждоущїи земли, источникъ водѣ боудеть. тоу боудеть вселенїе птицамъ и въдворенїе свриномъ и трьстїе и клата. Pro vitioso блго certe блато edendum fuit, et post земли com- ma delendum. Ostrog. legit: и безводная бѣдетъ кѣлата (согг. езера), и на жаждущей земли источ- никъ водни бѣдетъ. тѣ бѣдетъ вселенїе (согг. веселїе) птицамъ и стаа вельбѣдомъ и лѣси. (согг. post пти- цамъ: и селитва трости и лѣзи). Cameli in Ostr. ori sunt ex καλάμω, pro quo male legerit interpretes καμύλω.

Anno 1519 Venetiis sumtibus suis paravit typos longe elegantiores vojvoda Вождар Vuković de Gjurikъ submontanus (подгоричанин) ab urbe подгорица sic dictus. His imprimi fecit слѣжебникъ seu librum Litur- gias Basilii et Chrysostomi continentem in 4. Finita est editio 1519, 7. Julii, quam curavit hieromonachus Pachomius de Nigro Monte de loco Reka dicto. Pro а ubique ѿ, pro initiali ѣ semper ꙗ locum ha- bet. Hujus et secundae editionis, an. 1554 sumptibus Vincentii filii ibidem factae, in qua paginae et lineae respondent primae, exemplar vidi apud D. Kopitar, se- cundae alterum olim Olomucii. Etiam in secunda, mor- tuo jam Вождаро, fol. 3 apparet syllaba ко et supra ж.

Anno 1537. 27. Julii completus est liber Octoe- chus (ωχτοих) Venetiis in fol., jussu Вождари, cujus

in-



insigne (БѢЛЪГ) a Carolo V. ei concessum exhibetur. Liber alias осмогласник dictus hic петогласник appellatur, certe propterea, quod a quinto tono incipiat. Post octavum tonum tamen стихиръ e primis quatuor tonis leguntur Operam huic editioni impenderunt sacerdos Theodosius et Gennadius Paraecclesiarchus Monasterii Miljешева, natu de Prijepolje. Typi differunt ab iis, quibus Liturgiae 1519 impressae sunt. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Anno 1538. 19. Januarii iisdem typis (quos ad patriam perferre volebat Вожидар), cum figuris ligno incisis in fol. Venetiis (оу венецїех) prodiit liber Minej, qui hic et съборник appellatur. Editionem curavit hierodiasconus Moyses e monasterio Дечан in Macedonia prope Magnos Montes, oriundus de Budiml prope monasterium Шудиков. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Post obitum Вожидари, cujus corpus ad patriam 1540 devectum et sepulturae traditum fuit, filius ejus Vincentius eodem zelo animatus continuat laudabilia patris coepta Venetiis.

Anno 1547 in 8. edidit libellum precatorium pulcherrimis parergis ornatum, cujus exemplar et Sopikovius vidit et sub titulo молитвослов in bibliographia russica, impressum in Serbia asseruit. Exemplar Bibl. Caes. integerrimum fol. ult. signat PP seu ѿи docet, libellum sacrarum precum (свѣти писанїе) 1. Junii 1547 finitum esse Venetiis per Vincentium Вожидари



## XLII

Vukovik<sup>h</sup> filium, cujus insigne et in ultima pagina conspicitur. Secundam editionem, paucis quibusdam initio solum mutatis, et demtis parergis curavit idem anno 1560. In Oratione dominica (Signat. Cu) legitur **насоуць-внѣ**, at in Psalterio, quod sequitur, **насоуцнѣ**. Exemplar in Bibl. Caesarea.

Anno 1561 edidit Psalterium in 4. cum adnexis Tropariis, Menologio (**мѣсецословіе**), initio magni Ierunii, Horologio secundum ritum S. Sabae Hierosolymitani. Fol. tertio insigne Vincentii conspicitur. In epistola fol. 4., vulgari dialecto concepta, quam Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus, Monachis et reliquis Religiosis, similiter et piis rectoribus et regibus Macedoniae, Serbiae (**шербіе**), Bosniae et Sirmii, et reliquis principibus christianis magnis et parvis, et hujus linguae literatis inscripsit, se ipsum nominat **виценцо де господинъ кожидара вѣковикъ ѿтѣтарца**. In hujus fine petit, ut ei e Serbia mittantur libri antiqui manuscripti, quos ille imprimere velit. Num per verba **старе кнѣге писане ѿ срѣбске земље** chronica Serbiae intelligat, nolim definire. Suspicio autem Psalterium hoc esse editionem repetitam antiquioris, sicuti Euchologium Vincentii curis impressum, de quo supra. Anno 1638 Psalterium a Vincentio editum cum adnexis omnibus iterum in 4. Venetiis excudit Bartholomaeus (**барто**) Ginammi typis antiquis, quos Marcus Ginammi Venetiis reperisse

risse dicitur. Sunt autem typi hi (κιναρν) iidem, qui primi Euchologii. Utriusque psalterii exemplar est in Bibl. Caes. Reimpressi, apud me unum, apud Dn. Kopitar alterum foll. 274, in Bibliotheca S. Marci Venetiis quartum, folio uno, in quo Alphabetum, auctius, a Paulo Solarich descriptum in Pominak p. 26 — 30. Operam suam huic editioni impendit Hieronymus (κρονημ) Zagurovikъ Patricius (βλαστειν) de Cataro.

Habeo prae oculis Psalterii folium ad Dn. Kopitar spectans, cujus typi rudiores sunt, quam Vincentiani, Signaturae  $\Delta$ ñi paginam primam 25 lineae occupant. Linea 10 incipit Canticum Isaiae cap. 26, 9—21. Textum et Orthographiam non differre a textu aliarum editionum Serbicarum collatio docet. Legit enim v. 9. ѡноши оутрънюють доух мои ктебѣ бже, зане свѣтъ повѣленія твоѣ на земли. правда наоучителе живущей на земли. 10. прѣста бо нечестивѣ etc. Vincent. melius повелѣнїа. Ostrog. et correcta на земли. Vincent. male наоучителе in 3. sing. pro 2. plurali. Ostrog. помолче, at corr. прѣста ꙗ́ко ꙗ́коже. Vellem nunc definiri, utrum folium hoc sit e Psalterio Serbico anni 1545, cujus meminit Sopikov p. XCII, an ex alia hucusque ignota editione.

Anno 1561 Venetiis in fol. typis Vincentii Vuko-  
viki prodit **Trio dion**, apud Sopikon **трипѣснецъ**, male  
1562. Exemplar in Bibl. Caesarea. Primo folio com-  
patentъ ѿфч цпана оу мнетке, posito ч pro љ seu  
60,

#### XLIV

60, et цпана pro штампана. In fine vero афѣа ге-  
ноувага s, i. e. 1561 Januarii 6. Operam editioni cor-  
rigendae impendit Stephanus ab urbe Skodra (ѡ  
града скадра) qui spem fecit, partis secundae prope-  
diem edendae. Post triodion quadragesimale secutura  
fuit illa pars, quam тріодъ цвѣтнаа seu пентикос-  
ттаръ appellant. Utrumque, et Triodion et Pentecostarъ-  
on Mosquae 1759. fol. cum multis aliis libris ecclesiasticis,  
Menaeis, Prologis, Menologio, Liturgiariis, Hirmolo-  
gio, Octoecho, Paterico, Rituali, Vitis SS., Commen-  
tariis et Homiliis Patrum, Bibliis Ostrogiensibus 1581,  
Evangeliiis Leopoli 1736 fol. Concordantiis in Psalmos,  
Evangelia et Acta, et Epistolas, anno 1787 Leopoli  
huc transmissis, servat Bibliotheca Caesarea.

Anno 1571. 12. libellus Calendarium, Officia B.  
Mariae, S. Crucis, S. Spiritus, Mortuorum, septem Psal-  
mos poenitentiales, Litanias omnium SS. et alias preces  
continens, Venetiis impressus fuit literis Serbicis seu  
Bosnicis, quales Postellus 1538 in linguarum XII. cha-  
racteribus differentium Alphabeto primus exhibuit, nos-  
que Tabula IV. linea septima ex aliis opusculis edi-  
tis sistimus. Post а figura prima est в, sequentes tres  
sunt ѡ; post и sequuntur duo ѣ, deinde ж, Serbi-  
cum тѣрѣ, postea ѣ, (cum quo et figura octava li-  
neae sextae conferenda est), ultimo loco duo ч. Li-  
bellus hic longe rarissimus Bibliothecae Caesariae  
post Calendarium SS. in ecclesia Latina cultorum in

folio singulari figuras Alphabeti repraesentat, post has Ave Maria (Здрава мариѣ милости пѣна) et Pater noster: ѡче нашъ. конъси на небеснѣхъ. — и ѡклони намъ ѡдъ зла. Ямень. At mox fol. 3 alia formula quam ob vocem лѣкаваго, ποιήρε, Graeco-Slavicam dixerim, recitatur, in qua illud prorsus singulare, quod pro насѣщныи hic насити насъ legatur: хлѣбъ нашъ насити насъ дажь намъ данасъ. In fine libelli bibliopolarum nomina, locus et annus impressionis notantur: цѣмпапо ѡ бѣнециѣхъ. наковѣ. дѣ баромѣ. и лебѣжо. корѣо. кѣмъ пано. аласена. дѣла. скала. ѡ ч. б. ѡ а. Insigni scalae etiam titulus ornatus est, sub quo M. D. LXXI. Alios libros asceticos Venetiis ejusmodi literis impressos a Paulo Solarich aliisque recensitos studio praetermitto, cum solum initia typographiarum nobis hic exponenda sint.

In Ugrovlachia loco incognito anno 1512 in 4, prodire quatuor Evangelia, quorum exemplar ante annos 30 Mosquae in Typographeo synodali inspexi. Clausulam finalem integram Sopikov pag. L. descripsit. Editionem curavit jussu Johannis Basaraba magni Vovodae hieromonachus Macarius.

Anno 1517 — 1519 in 4. Pragae in urbē majore veteri Franciscus Skorina de Polouk, Medicinae Doctor, varias partes Veteris Testamenti a se in Russicam linguam translatas edidit. Harum indicem habes apud Sopikovum. Nominabo hic eas, quae in indice lau-

### XXXVIII

Psalterii meminerunt Joh. Bacmeister et alii, et ex his Sopikovius. Breviarium seu Horologium (часословец) in 4. in Bibliotheca episcopali Munkachensi exstans nominavit Fort. Durichius in Bibliotheca Slavica p. 126, ejusque ampliorem descriptionem promissit. Postremo folio sub Insigni urbis Cracoviensis clausula legitur iisdem verbis concepta, uti in Octoecho apud Bandtke: **ДОКОНЧАНА БЫСТЬ СИМ КНИГА ОУ ВЕЛИКОМЪ ГРАДѢ ОУ КРАКОВѢ. ПРИ ДЕРЖАВѢ ВЕЛИКАГО КОРОЛЯ КАЗИМИРА. И ДОКОНЧАНА БЫСТЬ МИЩАНИНѢМЪ КРАКОВСКИМЪ ШВАНПОЛТОМЪ ФѢОД., ИЗЪ НѢМЕЦЪ НѢМЕЦКОГО РОДУ, ФРАНКА. И СКОНЧАШАСЯ ПО КОЖИЕМЪ НАРОЖЕНІЕМЪ. АѢ СЪТЪ. ДВѢАТЪДЕСѢТЪ И Ѣ ЛѢТО.**

Tetraevangelium (четверо благовѣстіе) in fol. sine nota anni edidit Johannes Biegner de Brassovia (i. e. Corona urbe Transilvaniae). In fine editor se ipsum nominavit hisce: **АЗЪ ЖДПАНЪ ХАНЬШЪ БѢГНЕРЪ Ѡ БРАШЕВ.** Serbum fuisse editorem ex Orthographia colligi posse autumavit Sopikovius. At cum in speciminibus ab eo adductis **а** legatur in vocibus **сѧ, бѣшѧ, обѣати, ма, вѣма**, potius e Codice Moldavico hanc editionem factam fuisse censeo.

Anno 1493 editi Breviarii Slavici in 8. meminit Chr. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. Norimberg. P. I. p. 222. Impressit Magister Andreas de Thoresanis de Asula die 13. Martii. 1493. (Venetiis). Videtur esse **часословец.**

Anno



Anno 1493 — 1494 Octoechus jubente Georgio Cernoevich (црѣноевичъ) principe, et Babyła episcopo, editionem curante Monacho Macario de Monte nigro, impressus est, cujus exemplar Budae vidit Georgius Ribay. Aliud servari Miragnae in ecclesia Serborum refert Caramanus, apud quem librarii forte errore 1474 pro 1494 legitur.

His adnumerandum est Euchologium (молитвенникъ) rudioribus typis impressum in 4. mancum apud me. Post duernionem 31, cujus signatura in primis quatuor foliis est Z<sub>i</sub>, Z<sub>ii</sub>, Z<sub>iii</sub>, Z<sub>iiii</sub>, et in octavi folii pagina versa 77, continuantur signaturae latinis literis Ii, Kk, Ll, Mm; signaturae Mm, non nisi quinque folia adsunt, reliqua desiderantur. Secundam editionem curavit Vincentius Božidari Vuković filius iisdem typis, quibus Psalterium 1561 Venetiis impressum est. In hac editione singulae paginae respondent paginis primae; sign. Omni apparet superne Nomen божіе. кожидаръ. Hic uti et alibi inscriptio чинъ бываемъи legitur pro послѣдованіе et надъ коутникю, про надъ коливом primae editionis: Alia fere immutata mansere. Exemplar Bibl. Caesar. duernione 18 finitur, videturque folium cum notatione anni et loci deesse. Textum evangeliorum et epistolarum in hoc Euchologio pro usu Serbicarum ecclesiarum edito parum differre ab Ostrogiensi observavi. At lectiones ex Prophetis minus conveniunt.



# XL

In acoluthia festi Epiphaniae, Isaiae Cap. 35. integrum legitur, cujus v. 7. sic sonat: и боудеть безводное въ блго. и въ жеждоущи земли, источникъ водѣ боудеть. тоу боудеть вселеніе птицамъ и въдвореніе сѣриноу и трѣстїе и клата. Pro vitioso блго certe блато edendum fuit, et post земли comma delendum. Ostrog. legit: и безводная бѣдетъ кѣблата (сорт. езера), и на жаждѣщей земли источникъ водни бѣдетъ. тѣ бѣдетъ вселеніе (сорт. веселіе) птицамъ и стаа вельбѣдомъ и лѣзи. (сорт. post птицамъ: и селитва тростіи и лѣзи). Cameli in Ostr. orti sunt ex καλάμῃ, pro quo male legerit interpretes καμύλα.

Anno 1519 Venetiis sumtibus suis paravit typos longe elegantiores vojvoda Вождар Вуковиѣ de Gjurikъ submontanus (подгоричанин) ab urbe подгорица sic dictus. His imprimi fecit слѣжебникъ seu librum Liturgias Basilii et Chrysostomi continentem in 4. Finita est editio 1519, 7. Julii, quam curavit hieromonachus Pachomius de Nigro Monte de loco Reka dicto. Pro ѡ ubique ꙗ, pro initiali ѣ semper ꙗ locum habet. Hujus et secundae editionis, an. 1554 sumptibus Vincentii filii ibidem factae, in qua paginae et lineae respondent primae, exemplar vidi apud D. Kopitar, secundae alterum olim Olomucii. Etiam in secunda, mortuo jam Вождаро, fol. 3 apparet syllaba ко et supra ж.

Anno 1537. 27. Julii completus est liber Octoechus (ωχτοηχ) Venetiis in fol., jussu Вождари, cujus in-

insigne (БѢЛЪГ) a Carolo V. ei concessum exhibetur. Liber alias осмогласник dictus hic петогласник appellatur, certe propterea, quod a quinto tono incipiat. Post octavum tonum tamen стихиръ e primis quatuor tonis leguntur. Operam huic editioni impenderunt sacerdos Theodosius et Gennadius Paraecclesiarchus Monasterii Miljешева, natu de Prijepolje. Typi differunt ab iis, quibus Liturgiae 1519 impressae sunt. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Anno 1538. 19. Januarii iisdem typis (quos ad patriam perferre volebat Вождар), cum figuris ligno incisis in fol. Venetiis (оу венеціѣх) prodit liber Minej, qui hic et съборник appellatur. Editionem curavit hierodiasconus Moyses e monasterio Дечан in Macedonia prope Magnos Montes, oriundus de Budiml prope monasterium Шудиков. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Post obitum Вождари, cujus corpus ad patriam 1540 devectum et sepulturae traditum fuit, filius ejus Vincentius eodem zelo animatus continuat laudabilia patris coepta Venetiis.

Anno 1547 in 8. edidit libellum precatorium pulcherrimis parergis ornatum, cujus exemplar et Sopikovius vidit et sub titulo молитвослов in bibliographia russica, impressum in Serbia asseruit. Exemplar Bibl. Caes. integerrimum fol. ult. signat PP seu ѿи docet, libellum sacrarum precum (свѣти писанне) 1. Junii 1547 finitum esse Venetiis per Vincentium Вождари

#### XLIV

бо, et цпана pro штампана. In fine vero афѣа ге-  
ноувага s, i. e. 1561 Januarii 6. Operam editioni cor-  
rigendae impendit Stephanus ab urbe Skodra (ѡ  
града скадра) qui spem fecit, partis secundae prope-  
diem edendae. Post triodion quadragesimale secutura  
fuit illa pars, quam тріодъ цвѣтнаа seu пентикос-  
ттаръ appellant. Utrumque, et Triodion et Pentecostari-  
on Mosquae 1759. fol. cum multis aliis libris ecclesiasticis,  
Menaeis, Prologis, Menologio, Liturgiariis, Hirmolo-  
gio, Octoecho, Paterico, Rituali, Vitis SS., Commen-  
tariis et Homiliis Patrum, Bibliis Ostrogiensibus 1581,  
Evangeliiis Leopoli 1736 fol. Concordantiis in Psalmos,  
Evangelia et Acta, et Epistolas, anno 1787 Leopoli  
huc transmissis, servat Bibliotheca Caesarea.

Anno 1571. 12. libellus Calendarium, Officia B.  
Mariae, S. Crucis, S. Spiritus, Mortuorum, septem Psal-  
mos poenitentiales, Litanias omnium SS. et alias preces  
continens, Venetiis impressus fuit literis Serbicis seu  
Bosnicis, quales Postellus 1538 in linguarum XII. cha-  
racteribus differentium Alphabeto primus exhibuit, nos-  
que Tabula IV. linea septima ex aliis opusculis edi-  
tis sistimus. Post а figura prima est в, sequentes tres  
sunt к; post и sequuntur duo Ѧ, deinde ж, Serbi-  
cum тѣрѣв, postea ѣ, (cum quo et figura octava li-  
neae sextae conferenda est), ultimo loco duo ч. Li-  
bellus hic longe rarissimus Bibliothecae Caesariae  
post Calendarium SS. in ecclesia Latina cultorum in

folio singulari figuras Alphabeti repraesentat, post has Ave Maria (Здрава мариѣ милости пѣна) et Pater noster: ѡче нашъ. кой еси на небесехъ. — и ѡклони насъ ѡдъ зла. Ямень. At mox fol. 3 alia formula quam ob vocem лѣкаваго, ποιήρε, Graeco-Slavicam dixerim, recitatur, in qua illud prorsus singulare, quod pro насѣщныи hic насити насъ legatur: хлѣбъ нашъ насити насъ дажь намъ данасъ. In fine libelli bibliopolarum nomina, locus et annus impressionis notantur: ѡанпано ѡ бѣнецнхъ. наковъ. дѣ баромъ. и аерождо. корсо. кѡмъ пано. аласена. дѣла. скала. ѡ ч. ѣ. ѡ а. Insigni scalae etiam titulus ornatus est, sub quo M. D. LXXI. Alios libros asceticos Venetiis ejusmodi literis impressos a Paulo Solarich aliisque recensitos studio praetermitto, cum solum initia typographiarum nobis hic exponenda sint.

In Ugrovlachia loco incognito anno 1512 in 4, prodire quatuor Evangelia, quorum exemplar ante annos 30 Mosquae in Typographeo synodali inspexi. Clausulam finalem integram Sopikov pag. L. descripsit. Editionem curavit jussu Johannis Basaraba magni Voevodae hieromonachus Macarius.

Anno 1517 — 1519 in 4. Praeg in urbē majore veteri Franciscus Skorina de Poloyk, Medicinae Doctor, varias partes Veteris Testamenti a se in Russicam linguam translatas edidit. Harum indicem habes apud Sopikov um. Nominabo hic eas, quae in indice

lau-

## XLVI

laudato desiderantur, seu de quibus nondum constat, utrum impressae aut ab auctore translatae fuerint. Sunt autem hae: Libri Paralipomenon, Esdrae, Prophetarum (exceptis Threnis et Daniele, quorum exemplaria cognita sunt), et Macchabaeorum. Psalterium Slavicum, quibusdam vocibus hinc inde mutatis, post aliquot annos in 8. cum aliis libellis, qui Canones et Acathistos continent, ejus curis editum est, et quidem, ut videtur, Vilnae. Ibidem enim, in domo Jacobi Бабича senioris Magistri civium urbis Vilnae, an. 1525 Apostolum in 8. excudit. Ex eo specimina leguntur in Sopikovii Bibliographia p. 10—17.

Antequam in Russia vel unus liber ederetur, Evangelia pro usu Ecclesiarum Serbicarum jam bis edita fuere per hieromonachum Mardarium e monasterio Мръкшина црква prope Nigrum Montem. Prima vice an. 7060 (i. e. 1552) 4. Augusti, Belgradi (оу бѣлградѣ) in fol. Pro hac editione, cujus exemplar Consil. Reg. Sabbas Tököly servat Aradini, alterum in monasterio annunciationis sub monte Kablar in sinistra ripa Moravae in Serbia vidit Vukius, typos formavit Радиша Дмитровиѣ, et post eum sumtus supeditavit Тројанус (трѣмн) Гундулиѣ ex urbe Ragusa. Altera vice in fol. an. 7070 (i. e. 1562) 24. Junii, ad aedem Ascensionis in мръкшина црква ad pedem Nigri Montis. Pro hac editione, cujus exemplar est in Bibl. Caesarea, Mardarius ipse, patria de flu-



vio Drina, typos magno labore e ferro et cupro se confecisse (ρουκοδ'ελισαχ) testatur. Textum secundae non differre a prima ex collatione 3<sup>a</sup> 6<sup>a</sup> (quae Matthaei 1, 18. incipit et Cap. 2, 12. desinit) concludere licet. Lectiones ejus in Grammatica laudavi saepius. Luc. 7, 10. legit cum Cod. Кор. въдомъ quod Ostr. et corr. male omittunt. Ibidem initio v. 41. iterum cum Cod. Кор. conspirat, non addendo и рече aut ꙗже рече, quorum primum Ostrog. legit, alterum correcta. Differt tamen etiam ab hoc codice. Hic enim Luc. 11, 25. legit ουπραжнен, пометен и ουκραшнен, σχολάζοντα, σεσωνωμένον, και κεκοσμημένον, Mar. sine пометен. Editi habent quidem пометен, sed omisso ουπραжнен. Luc. 6, 20, Mar. cum Ostrog. post нишїи non habet дѣомъ, τῷ πνεύματι, quod Ms. Кор. cum alijs editis addit.

Versionum Antonii Dalmatae et Stephani Consulis, Augustanae Confessionis addictorum, literis cyrillicis et glagoliticis ab an. 1561 — 1564 Tubingae (aut Urachii) impressarum, licet illyrica (croaticam illi appellabant) lingua vulgari factae sint, hic iterum meminisse oportet. Quae de iis in Appendice Vol. I. Sopikovius conguessit, non carent erroribus. Novum Testamentum, quod N. 1714 nominavit, non est Croaticum, nec literis cyrillicis 1554 impressum, sed Primi Truberi Versio Carniolica Matthaei, et editio N. 1715 adducta est Novi Test. prima pars 1557 lit. latinis edita. Recte quidem N. 1717 dicitur, N. Test. Tubingae 1563



## XLVIII

in 4. literis cyrillicis prodiisse, at male N. 1718, 1719, 1720, novas ejusdem editiones an. 1565, 1577, 1581 factas fuisse. N. 1721 recte habet Croaticum N. Test. Tubingae in 4. glagol. Falsum vero illud, quod addit: sine notatione anni. Nam prima Pars praefert annum 1562, secunda 1563. Annos hos ipse jam N. 705 recte consignaverat, sed ficto et monstroso loci nomine: **ТРА-ГЪГІА ВЪ БРАНДЕНБЪРГІИ**. Falli eos, qui post mortem Johannis Ungnadii, cujus sumtibus typographia Tubingensis erecta fuit, typos glagoliticos Tubinga in Austriam, et inde Romam translatos suspicati sunt, alibi ostendimus. Vide Glagolitica mea.

Non ausim praeterire, typis cyrillicis **Несвижи** in Lituania 1562, 4. Catechesim russica lingua (dialecto alborussica) fuisse editam, quam triumviri novae doctrinae propagatores Matth. Kaweczinski, Simon Budny, et Laurentius Kriszkowski Principibus Radzivilis dedicarunt. Exemplar seculo XVI a Jesuita Vilna allatum servatur in Bibl. regia Praegae.

In Russia coepta quidem 1553 consilia instruendae typographiae, sed primus omnium librorum Mosquae impressorum **Apostolus** prodiit demum anno 1564 in fol. Exemplar tractavi manibus in typographeo synodali. Ridiculum est, quod titulo libri **Сопиков** Nr. 73 apposuerit verba: **перводъ** etc. i. e. Apostolum e graeca versione LXXII. interpretum translatum fuisse. Operarum Magistri erant **Johannes Fedorow** (**Федоровъ**) Dia-

conus, et Petrus Timofejew (Тимоѳеевъ) Mstislavey. Uterque eorum, cum male audirent, nec optime haberentur, patriam deseruit. Prior Leopoli impressit Apostolum 1573 in fol. Ejus nomen sub Insigni urbis Leopoli folio ultimo subscriptum legitur: иванъ медоровичъ дръкаръ московскій. De fatis ejus vide plura apud Sopikovium p. LX. seqq. Alter subscriptus legitur in editione Evangeliorum, quae Vilnae 1575 in fol. impressit. Exemplar exstat in Bibliotheca Comitum de Nostitz Pragae; quo et Durichius et ego saepe usi sumus. Tredecim annis ab editione Apostoli elapsis, impressum fuit Mosquae Psalterium 1577 in 4. Post plurium annorum decursum prodire A. 1590-1592 duo Triodia (посѣнаа и цвѣтнаа) in fol. Editionem curavit Typographus Andronicus Timothei filius (Тимоѳеевъ), невѣжа dictus. Anno 1594 Octoechus in fol. A. 1597 iterum Apostolus in fol. A. 1600 Menaeum commune (минѣа общаа). A. 1602 Liturgiarium (служебник) in 4. A. 1606 Tetraevangelion elegantissimis typis, cujus exemplar servat Bibliotheca Caesarea. Typographo nomen fuit онисѣм миѣанловъ радошевскій e Volynia oriundus (волынѣцъ). In subscriptione mendum est in annis Christi а х дї i. e. 1614. Nam annis Mundi 3741. i. e. 7114, et primo anno regiminis magni Ducis Basilii Ivanovič, respondet A. Chr. 1606, non 1614. Hanc editionem Evangeliorum dialecti veteris ecclesiasticae

## L

praecesserunt sex aliae, prima sine anno, secunda 1512 in Ugrovlachia, tertia Belgradensis 1552, quarta 1562, quinta Vlnensis 1575, sexta Vlnensis 1600 sumtibus et typis Lucae Mamonič, ut adeo Mosquensis an. 1606 ordine septima sit. Reliquos post annum 1606 Mosquae impressos libros slavicos vide sis in Sopikovii Bibliographia Russica.

Idem ille Johannes Theodori filius, Mosqua oriundus, qui Mosquae 1564, et Leopoli 1573 Apostolum impresserat, Ostrogium, Volyniae urbem, aut sponte aut a Constantino Duce Ostrogiensi vocatus venit, ubi jussu religiosi Ducis Novum Testamentum cum Psalterio A. 1580 in 8., mox etiam integra Biblia in fol. excudit. Bibliorum titulus annum 1581 exhibet, at clausula fol. ultimo docet, ea jam an. 1580, 12. Julii fuisse absoluta per Ivanum Theodori filium Moscovitam (иваном ѿеодоровым сѣном москвитинѡм). Huic infra subjunctum conspicitur signum typographi, in quo I et Ѡ nomen illius indicant. In Spenceri Catalogo et titulum et typographi signum ligno incisa spectabis. Habent autem quaedam exemplaria aliud folium ultimum (in exemplari integerrimo, quod est apud RR. PP. Benedictinos Scotos adest utrumque), in quo oratiuncula eucharistica graeca et Slavonica typographi signo praemittitur, et post signum typographi in clausula annus 1581, et dies 12. Augusti nominantur. Verbis напеча-  
таша мною многорѣшнымъ Іоанномъ ѿеодоровымъ

сѣномъ змоскѣвъ respondent in formula graeca haec:  
 τετίκωνται ὑπ' ἐμοῦ ἀμαρταλώτατῃ Ἰωάννου, τῷ Θεο-  
 δώρῳ υἱοῦ ἐκ τῆς μεγάλης ρωσίας.

Titulum libri rubrum: БИБЛІА СИРѢЧЬ КНИГЪ ВЕТ-  
 ХАГО И НОВАГО ЗАВѢТА ПО МЪЖКѢ СЛОВЕНСКѢ latine  
 sic reddideris: Biblia i. e. libri veteris et novi Testamenti  
 lingua slovenica. Post orationem eucharisticam Du-  
 cis pientissimi graecis et slavonicis verbis conceptam,  
 consilium operis ipse Dux exponit. Gratulatur sibi, se a  
 Magno Duce Russiae Johanne Basilievich assiduis  
 precibus per Michaellem Garaburdam scribam magni Du-  
 catus Lituaniae exemplar Bibliorum integrum obti-  
 misse, cum antea frustra ejusmodi exemplaria, quae  
 omnes Vet. Test. libros complecterentur, in Serbicis  
 et Bulgaricis monasteriis quaeri curasset. Credidit ille  
 in transmisso exemplari (aut illius apographo) veterem  
 versionem Slavicam, quae e Septuaginta Interpretum  
 graeco textu ante annos 500, et quod excurrit, tem-  
 pore Vladimiri primi Ducis christiani facta sit, conten-  
 tam fuisse. (Confer Gramm. p. 701). Excipiendi certe  
 erant libri Tobiae, Judith et tertius Esdrae, quos non  
 e Graeco, sed e Vulgata translatos facta collatione mox  
 advertere potuissent ii, qui editionem curarunt. Libri  
 tertii Macchabaeorum versio, cum in exemplari  
 transmisso reperta non fuisset, recens editioni accessit.  
 Ad finem enim libri tertii haec nota legitur: сѣа третѣа  
 книги маѣкавенскѣа въпрочѣихъ библіахъ не обрѣта-

ЮТІА НИЖЕ ВСАМОИ ТОИ СЛОВЕНСКОИ, И НИ ВЛАТИНСКИХЪ АНИ ВЛАТСКИХЪ ТОЧІЮ ВЪГРЕЧЕСКОИ И ВЧЕСКОИ, НО И МЫ НХЪ НЕОСТАВИХОМЪ і. е. hic liber tertius Machabaeorum in reliquis Bibliis non invenitur, neque in ipsis illis Slovenicis, nec in latinis, nec in Polonicis, tantummodo in Graecis et Bohemicis; verum et nos eum non omisimus. Male Kohlius et qui eum secuti sunt, voce ЛАТСКИХЪ (alias ЛАЦКИХЪ) Letica biblia, quae nondum exstabant, hic indicari putarunt.

Tempore Vladimiri ad Russos delatam Versionem Slavicam Evangeliorum, Apostoli, Psalmorum et librorum liturgicorum non dubito, at libros Veteris Testamenti omnes aut aliquos praeter Psalterium translatos exstitisse vix credi potest. Seculo XII. Proverborum versionem jam Nestori, qui librum frequentius citat, ad manus fuisse, et ex usu ecclesiae paroemias legendi, colligi possit. Sapientiae liber, Ecclesiasticus, Prophetiae et Job sec. XIII. et XIV. in Serbia, Pentateuchus alique sec. XV. in Russia aut Polonia translati videntur. In unum vero corpus circa finem sec. XV. (non tamen ante editionem Bohemicorum Bibliorum Pragensem 1488 aut Kutebergensem 1489) collectos et secundum exemplar Bohemicorum Bibliorum dispositos fuisse existimo. Hac occasione plerique Vet. Test. libri, antea e Graeco translati, secundum Vulgatam recogniti fuere. Cujus rei indicia cum ubique obvia sint, miror id non advertisse editores Ostrogienses. De conferendo textu Sla-



vonico et ex graecis fontibus emendando ne cogitatum quidem fuerit, cum illi exemplari transmissio nimium confidentes nihil immutandum censerent. Non miraberis itaque tot manifestos librariorum errores in Ostrogiensi editione inveniri. Sunt et alia ejus vitia, textus nimirum multis in locis corruptissimus, interpunctiones confusae saepius, praeter Polonismos et Russismos in libris, qui a Russis serius translati sunt. In editione Mosquensi 1663, in qua textus Ostrogiensis recusus fuit, non nisi pauci, iique leviores errores sublati sunt. Longe plures et graviores mansere incorrecti, qui tamen vel obiter inspecto textu graeco facile emendari potuissent.

Quis enim non advertat, Jobi 41, 19 pro *αρκ μετην* legendum fuisse *αρκ μεταν*, cum Graecus *τόξον χάλκεον* habeat? Restitui etiam facile potuissent Job. 9, 9. post *творан власожельца и проходню*, ὁ ποικῶν πλειάδα καὶ ἑσπερον, vocabula male divisa et pessime in Ostrog. expressa: *нарек тѣ, рани южь наложѣ.* A primo interprete certe scriptum fuit *и арктѣра и южьналожѣ*, convenienter graeco textui: *καὶ Ἀρκτερον, καὶ ταμεῖα νότι.* Editores autem Mosquenses non restituto textu veteri, maluerunt in margine notare: *грече πλειάδα и еспера и арктѣра и сокровища южнаа.* In Orthographia emendanda, flexionibus vocum immutandis faciliiores fuere editores Mosquenses, licet eis injunctum fuerit, ut textum Ostro-

giensem immutatum (НЕИЗМѢННΩ) exprimerent. In Psalmis, (quibus et Athanasii epistola ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum praefixa est, quae in Ostrogiensi abest), vocabula alia in Mosquensi legi, p. 187 monui. In his enim excudendis non Ostrogiense, sed aliud exemplar secuti sunt. Addam de exemplaribus Ostrogiensis editionis observationem Dn. Kopitarii, nimirum folium cōs (276) fuisse reimpresum, cum Jobi Cap. XLI. linea ultima exemplar Bibliothecae Caesareae legat cъауа sine sequenti мо, quod in exemplari RR. PP. Scotorum lineam claudit. Praefatio de utilitate lectionis S. Scripturae, et disticha slavonica, quibus editio haec et laudes Ducis Constantini celebrantur, auctorem habent Gerásimum Danilovič. Gravissime hallucinatus est Jacobus Suur, qui in libro »Saulus et Paulus Ruthenae unionis — sive Meletius Smotriscius Archiepiscopus Hierapolitanus« inscripto et Romae 1666 edito, hunc Gerasimum, Danilovič (Smotriski), patrem Meletii, olim Vice-capitaneum castri Camenecensis, deinde rectorem academiae Ostrogiensis, auctorem versionis Slavonicae Ostrogii editae asseruit. Cum enim eum Graecarum Latinarumque literarum, nec non Slavonicae linguae gnarum fuisse dixisset, addit: »cujus rei argumento sunt perutiles toti Russiae ejus lucubrationes, Biblia scilicet e Graeco et Latino sermone in Slavonicum versa et Ostrogiae ducis memorandi impensis edi-

edita; quorum etiam exemplar Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus suae recens adscribi locupletissimae curavit Bibliothecae. Si Jac. Suша Praefationem Gerasimi inspexisset, potuisset laudare ejus modestiam, qua tenuitatem ingenii sui excusat. Ait enim sibi, qui scholas nunquam vidisset, (нико оучилища николиже видѣхъ), injunctum fuisse ab ipso Duce, ut hanc Praefationem scriberet. Equidem vix ei tantam linguae graecae peritiam tribuendam censeo, ut vel libri tertii Macchabaeorum versio ab eo profecta credi possit. Inter libros supra memoratos, qui Leopoli ad Bibliothecam Caesaream missi sunt, est rarissimum opusculum foll. 10, ab eodem Gerasimo Smotrickio Ostrogii A. 1587 in 4. editum: Календаръ римски новы. Sub finem: написано ѿ Академии Острогской etc. ѿ кциртоме чиволнада мисареГ. Additur: qui arabica legerit, eum facile haec intelligere posse. Alios Ostrogii impressos libros enumerat Sopikovius. Librum Basilii de Jejunio, quem ille N. 103 recenset, 1594 in fol. 14. Martii ex Ostrogiensi typographia (Здрѣкарнѣ острогское) servant Bibliothecae Caesarea et Ossoliniana.

Emendatior quoad libros Vet. Test. editio prodiit tandem 1751 fol. Petropoli (Mosquae), in cujus Praefatione correctionis negotium latius exponitur. Textum hujus editionis repetunt aliae omnes, quarum plenior indicem dedit Sopikovius. N. 113 habet Mosquensem 1756, et N. 114 Petropolitanam ejusdem anni in fol.,

## LVI

fol., quae fortasse non nisi nomine loci differunt. N. 116 Petropolitanam 1759, fol. Rectene? cum postea N. 117 Kieviensis 1758 sequatur. Post hanc N. 118 Mosquensem 1759 in 8. Voll. 4. (apud me Voll. 3). Sequuntur Mosqu. 1762, et alia 1765 in fol. (Apud me in Slovanka 1766), Kieviensis 1779 in fol. Mosqu. 1778 in 8. Voll. 5; Mosquensis (octava) 1784. fol. Kiev. 1788 in 8. Voll. 5. (Mosqu. 1790, in fol. deest apud Sop.) Mosqu. (decima) 1797 fol. Pochaev. Part. 5, 1798 in fol. Mosqu. (undecima) 1802 fol. (Budensis Voll. 5. 1804. in 8., secundum Kiev. 1788 impressa, deest apud Sopikov). Mosqu. Voll. 4. 1806 in 8. maj. Mosqu. (duodecima) 1810 fol. Addamus primam stereotypis 1816 in 8. a Societate biblica editam, quae 1820 jam undecima vice recusa fuit.

§. 6. Superest, ut Grammaticas Slavonicas dialecti literalis saltem nominemus. Earum aliquas recensuit Leon. Frisch. Pleniorum earum indicem dedit Franc. Alterus, quem inscripsit *Literatur der Slavischen Grammatiken*, et Miscellaneis philologico-criticis (Vindob. 1799) N. VIII. inseruit, sed etiam in eo quaedam supplenda sunt. Alium in Sopikovii Bibliographia Russica invenies, qui et aliarum dialectorum, uti Carniolicae, Illyricae hodiernae, Slavo-Bohemicae, Grammaticas sub generali nomine Slavonicarum complectitur, quin hae satis distinguantur a Grammaticis veteris slavonicae linguae. Nostrum igitur erit, eas

solum accuratius, supplendo simul alibi omissas, consignare, quae proprie sensu strictiori Slavicae dici possunt. In harum censum venire non potest Grammatica graeca slavonice translata a studiosis scholae graeciritus Leopoli, atque A. 1591 in 8. »in usum inclytæ nationis Russicae« edita titulo: ΑΔΕΛΦΟΤΗΣ. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΑ ΔΟΒΡΟΓΛΑГОЛИВАГО ЕΛΛΗΝΟΣΛΟΒΕΝΣΚΑГО ΓΛΩΣΣΑ. (Apud Alterum N. VI.) Recte Fort. Durich in adversariis suis adnotavit: in rem Grammaticam Slavorum omnia ferme vocabula technica ex etymologia graeca transisse nemo negaturus est, quicumque hanc Grammaticam legerit. συλλαβὴ enim in ea vocatur слог, ὄνομα ἰμᾶ, ἀντωνυμία мѣстоимѧ, ρῆμα глагол, μετοχή причастіе, πρόθεσις предлог, ἐπίρρημα наречіе (apud Maximovium наѡглаголіе), σύνδεσμος сѡюз. Articulus vero, ἄρθρον, est различіе.

Primus omnium Grammaticam linguae slavicae ecclesiasticae composuit Laurentius Zizania, Vilnae 1596 in 8. in typographia Fraternitatis impressam, quam inscripsit: ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΑ ΣΛΟΒΕΝΣΚΑ (male apud Sopikovium славенска) сѡвершенаго искуства осми частен слова и иных нѡужднѡх. нѡвѡ сѡставленна Д. З. Fusius eam, ob raritatem, describit episcopus Eugenius in lexico historico Scriptorum status ecclesiastici, notatque, in ea casum Narrativum seu Praepositionalem in declinationum paradigmatis desiderari, totamque 59 foliis absolvi. Ejusdem Zizaniae alphabe-



## LVIII

rius libellus СЛОВЕНСКАА АЗБУКА dictus, Vilnae 1596 editus, continet 34 foliis Lexicon seu collectionem vocum slovenicarum russica vulgari dialecto expositarum.

Libelli in 12. nomine Grammaticae ab Altero N. I. e Bibliotheca Bodlejana adducti, titulus Slavicus est: ГРАММАТИКА. АЛБО СЛОЖЕНІЕ ПИСМЕНА, ХОТАЩИМЪ СЯ ОУЧИТИ СЛОВЕНСКАГО ЯЗЫКА. МЛАДОЛѢТНЫМ ОУЧЕЩЕМЪ. ВЪ ВИАНА. РОКЪ. 5. 5. 11. Apparet autem vel e titulo, eum pueris discentibus destinatum atque adeo nihil aliud esse, quam unum ex innumeris alphabetariis КЪКВАРЬ dictis, quorum complures Sopi- kovius consignavit.

Plenius linguae Slavonicae regulas exposuit Meletius Smotriski, (monachus coenobii Vilnensis descensionis S. Spiritus, cujus vitam latius Jac. Suша, concinnius nuper Eugenius enarravit), edito Anno 1619 (1618) in 8. Jevii (prope Vilnam) libro, cui titulum fecit: ГРАММАТИКИ СЛАВЕНСКАЯ ПРАВИЛНОЕ ОУЧЕТАГМА, ПОУЧАНІЕМЪ МНОГОГРѢШ- НАГО МНІХА МЕЛЕТІА СМОТРИСКАГО etc. ВЪ ВІЮ. foll. 252. In Praefatione vernacula summo opere commendat studium linguae literalis Slavonicae, cum sit ecclesiae graeco - russicae naturalis et connata (ПРИРОДНЫЙ). Ejus praecepta ab omnibus semper aestimata fuere. Non poterant autem ex hac Grammatica, utpote quae ipsa lingua slavonica conscripta esset, praeter Russos et Serbos proficere alii. In Dalmatarum praepriis usum et com-

commodum eam latine convertit **Matthaeus Sovich** Cathedralis ecclesiae Auxerensis Archidiaconus, cui olim in collegio Urbani cathedra linguae Slavonicae a **Benedicto XIV.** decreta fuit. Adjecit ille Alphabetum Glagoliticum et praemisit longiorem praefationem, in qua codices cyrillicos et glagoliticos sibi notos et quosdam impressos literali ac etiam vulgari sermone scriptos libros enumerat. Exemplar operis, nobis benevole concessi, exstat Lubanae in Bibliotheca Baronis Zois, qui illud nescio utrum ex Autographo an ex Apographo describi fecit. Versioni latinae e regione respondet textus ipsius Smotriskii, slavonice, caractere cyrilliano.

Non diffitetur Sovichius, Grammaticam hanc »accuratio-  
rioribus Bibliorum animadversionibus adhibitis« perfectiorem reddi posse ab aliis, promittitque in fine praefationis, se ad perficiendum Dictionarium quo fieri potest uberiorius progressurum. Obiit Sovichius 1774, post cujus mortem de edenda hac versione Grammaticae nemo erat sollicitus.

Repetitis autem vicibus Grammatica Meletii Slavonice scripta edita fuit; pro usu Russorum Mosquae 1721 et pro usu Serborum Rimnicii in Valachia 1755, paucis in ea mutatis et additis.

Anno 1638 edita fuit Cremenecii Grammatica (писменная) in 8., apud Alterum N. III. foll. 104.

Auctor Grammaticae Slavonicae in 4. Mosq. coeptae 1648, finitae 1651, Meletio quidem vix non omnia debet.

bet. Cum tamen quaedam omiserit, alia addiderit et mutaverit, nolim cum Sopikovio opus hoc singulare editionem Meletii tertiam aut secundam (cum Vilmensis A. 1629 vix exstet) appellare. Appositae in fine sunt tres appendices: 1) Discursus Maximi Graeci de utilitate Grammaticae. 2) Interpretatio slavonica Nominum Sanctorum. 3) Analysis duarum Orationum. Has et seorsim an. 1782 in 8. Mosquae impressas habeo. Male tribui ab aliquibus hanc Grammaticam Maximo Graeco recte monuit Sopikovius. Exemplari huius Grammaticae, quod servat bibliotheca Upsalensis, passim versionem latinam margini adscripsit Sparfvenfeldius. Haec autem versio vix alia esse videtur, quam ea, ad quam perficiendam Sparfvenfeldius Mosquae an. 1686 hortatus est anonymum, qui Nissae MDCXC in 4. »Exemplar characteris Moscovitico-ruthenici duplicis Biblici et usualis« in quatuor, et Declinationum terminationes in quinque tabellis aeri incisis edidit. Is enim de studio linguae Slavonicae Mosquae continuato et de versione Grammaticae a se confecta loquens ait: »Quod meum studium cum approbasset nobilis Dominus Joannes Spahrenfeld Svecus, juvenis praeclarissimus et suae gentis spes maxima, plurimarum linguarum peritissimus, qui eo ipso tempore agebat Mosquae, eamque linguam didicit Rutheno pariter, porrexit mihi Grammaticam fusam sola lingua ruthenica editam, ut eam pro meo exercitio latinitate

donarem. Qua ego perlecta utilius fore judicavi, si eam in compendiosiores terminos et clariorem methodum redigerem. Quod etiam auxiliante bono Deo brevi praestiti. Hortabantur et rogabant deinde omnes exteri, ut etiam pro eorum usu publici juris facerem, quod quidem libenter praestitissem, si alicubi typum Ruthenum cum Latino reperire potuissem. Occurrit nunc, ut saltem Alphabetum et quaedam eo pertinentia sculpi curarem, usibus illorum servitura, qui olim seu in Magna Russia, Circassia, Walachia, seu Servia, Sclavonia, Bulgaria, Bosnia pro re christiana sunt laboraturi, aut inter gentes illas versaturi, cum linguae hujus in plerisque illis regionibus, saltem in officiis ecclesiasticis, et libris sit usus. Has tabellas mihi proprias vendico, quas magno labore confeceram, etsi fundamentum aliquod ex dicta fusa Grammatica desumpserim, sed valde mendosum, confusum et pene usui nulli aptum. Haec ille.

An et quibus rebus differat editio 1719 in 8. non possum dicere, cum eam cum priore conferre non licuerit.

Compendium ex illa pro usu scholarum confecit scholae Novogradensis discipulus, hypodiaconus Theodorus Maximov, idque Petropoli in monasterio Alexandri Nevensis 1723 in 8. imprimi fecit. Apud Alterum N. V. Constat Grammatica pag. 212. Praefatio 4 et Index alphabeticus 8 foliis.

Hegumenus Eugenius brevi Lexico slavonico 1784 in 8. Petropoli edito praemisit Paradigmata Declinationum et Conjugationum Slavonicarum.

Manuductio ad Grammaticam Slavonicam (Рѣководство къ славенскѣй грамматикѣ), quam pro usu scholarum nationis Serbicae e pluribus aliis collegit Abrahamus Mrazovič scholarum nationalium director, primum Vindobonae 1794, deinde appendice trium foliorum, quae numeri dualis flexiones exhibent, aucta, Budae 1811 in 8. prodiit.

Brevis Grammatica Slavonica (краткаа славянская грамматика) a Petro Vinogradov conscripta XIV. capitibus pagg. 112. absolvitur. Petropoli 1813. 8. Slavonicam tradit lingua vernacula.

Grammatia slavonica Ms. A. 1643 Joannis Vsevicii Bibliothecae Colbertinae N. 5876, e qua Bandurius in Animadvers. in Constantini Porphyri. librum de administr. Imp. Tom. II. tabulam desumsit, a Jo. Ugevicio (Ужевик) Slavono sacrae theologiae studioso conscripta. Inspexit eam Parisiis D. Kopitar, et ex iis quae notavit, video auctorem fuisse Polonum, aut Russum e Polonia, qui polonica slavici miscuit.

Aliam a Johanne Sohler linguarum Slavonicae, Russicae et Polonicae interprete, an. 1724 confectam, N. 462 Bibl. regiae, citant Benedictini in novo tractatu artis diplomaticae. Hanc illi quidem Russicam dixere, at Slavonicam esse non dubito.



De ea, quam Caramanus in Alphabeto an. 1753 edito promiserat, non constat, utrum vel inchoata fuerit.

Jacobi Blonijki hieromonachi Grammaticam, (Грамматика новостараго и славнаго языка) jam ante an. 1761 in monte Atho conscriptam, servari apud SS. Synodum, et Lexicon Slaveno - graeco - latinum in Kieviensi laura, Eugenius testatur. Quis non miretur et doleat, horum neutrum in lucem edi! Miror etiam non prodiisse Grammaticam, cui decem annorum operam Venetiis impenderat Justinus Vinnovski, legationis russicae capellanus. Hanc typoparatam ante A. 1799 Vindobonae viderat Alterus, apud quem vide sis illius conspectum.

Hac, quam linguae slavicae cultoribus nunc offero, etiam exteris, qui linguae hujus cognoscendae desiderio tenerentur, consultum esse volui. Methodo autem nova tractandam censui, Declinationum et Conjugationum numerum augendo et aliter disponendo. Pars illa, quae vocum formas exponit, prorsus neglecta fuit ab aliis. Meletii vestigia premens in iis, quae ille recte statuit, in eo multa alia probare non potui, quae auctoritate veterum destituuntur. Optabam equidem opus magis elimatum prodere in publicum. Sed continuis amicorum editionem urgentium hortatibus ante tempus cedendum esse existimavi. Inter quos praeprimis nominandus mihi est e Vindobonensibus

con-

#### LXIV

conjunctissimus Kopitarius, bibliothecae palatinae custos, qui corrigendis diligenter plagulis, oblati e lectissima sua bibliotheca ultro, qui mihi hic deerant, libris, exquirendis, inspiciendis et sedule conferendis quum manuscriptis tum impressis codicibus, quaedam etiam opportune monendo, operam meam multum adjuvit. Brevi ille, spero, Lexico Sloveno-graeco-latino, quod parat, feliciter absoluto, justiore symbolam conferet ad accuratiorem penitioemque sinceræ dialecti veteris scientiam.

Vindobonae 1821. 21. Decembris.

---

Con-

## Conspectus Operis.

	Pag.
Introductio.	
Cap. I. De literarum slavicarum figura, pronnunciatione, valore numerico, divisione, affinitate §. I. — XXVI. . . . .	1
Cap. II. De euphonia, seu de Vocalium mutatione, Consonarum transformatione, epenthesi, prothesi et elisione literarum §. I. - XXVI.	35
Cap. III. De tono seu accentu §. I. — XI. . . . .	51
Cap. IV. De scribendi compendiis seu Abbreviaturis §. I. — VI. . . . .	60
Specimen Orthographiae §. VII. . . . .	70

## Grammaticae Slavicae

### Pars I.

#### *De vocum Formatione.*

Cap. I. De syllabarum radicalium structura.	
Classis I. syllabarum radicalium. . . . .	81
Classis II. syllabarum radicalium. . . . .	86
Classis III. syllabarum radicalium. . . . .	110
(*****)	Cap.

## LXVI

	Pag.
Cap. II. Functiones literarum servilium.	259
Cap. III. De Nomine Substantivo.	
Formae Substantivorum, prima et secunda.	267
Substantiva a fine aucta vocalibus.	276
Substantiva consonis a fine aucta.	285
Cap. IV. De Nomine Adjectivo.	
Adjectivorum forma prima et secunda.	317
Adjectiva consonis servilibus aucta.	322
Comparatio Adjectivorum et Adverbiorum.	332
Cap. V. De Numeralibus.	336
Cap. VI. De Pronomine.	341
Cap. VII. De Verbo.	344
Verba formae primae.	348
Verba formae secundae	354
Verba formae tertiae et quartae.	357
Verba formae quintae.	363
Verba formae sextae.	372
Formatio Futuri.	374
Praesens Imperativi, Gerundivi et Participii.	381
Praeteriti simplicis et Infinitivi formatio.	383
Praeteritum Gerundivi, et Participiorum.	385
Praeteritum Iterativum.	386
Praeteritum circumscriptum.	388
Praeteritum Optativi et Futurum conditionale.	391
Supini forma.	393
Passivi formatio.	394
Reciproca neutra seu media.	395
Affixa personalia Verborum.	396
Cap. VIII. De Praepositionibus.	398
Praepositiones in Compositis.	401
	Cap.

	Pag.
Cap. IX. De Adverbio. . . . .	426
Cap. X. De Conjunctionibus. . . . .	440
Cap. XI. De Interjectionibus. . . . .	451
Appendix de vocibus compositis. . . . .	454

## Grammaticae Slavicae

### Pars II.

#### *De vocum Flexione.*

Cap. I. Declinatio Substantivorum. . . . .	459
Masculinorum duae. . . . .	466
Neutrorum tres. . . . .	474
Femininorum quatuor. . . . .	478
Declinatio Adjectivorum indefinitorum. . . . .	482
Cap. II. Declinatio Pronominum 1mae et 2dae personae. . . . .	489
Declinatio Pronom. tertiae personae I. et II. . . . .	495
Declinatio Adjectivorum definitorum I. et II. . . . .	501
Declinatio Numeralium. . . . .	505
Flexio Dualis Pronominum, Substantivorum et Adjectivorum. . . . .	510
Cap. III. Verborum Conjugatio. . . . .	
Conjugatio prima. . . . .	521
Conjugatio secunda. . . . .	525
Conjugatio tertia. . . . .	528
Anomalorum Conjugatio. . . . .	534
Notae generales et speciales in quaedam tempora. . . . .	552
Mutatio toni in Conjugatione: . . . . .	570
Analysis grammatica orationis dominicae et versuum quorundam Evangelii Johannis. . . . .	573



# LXVIII

## Grammaticae Slavicae

### Pars III.

#### *De vocum constructione.*

	Pag.
I. Syntaxis Convenientiae. . . . .	581
Substantivi collectivi. . . . .	587
Verbi in plurali. . . . .	591
Adjectivorum cum Substantivis. . . . .	593
Numeralium. . . . .	598
Reciprocorum. СЕБЕ, СВОЙ. . . . .	602
Relativi ИЖЕ pro Articulo) . . . . .	609
Particularum НЕ et НИ. . . . .	611
II. Syntaxis Regiminis. . . . .	614
Accusativi regimen . . . . .	615
Genitivi regimen. . . . .	619
Dativi regimen. . . . .	629
Localis regimen. . . . .	637
Instrumentalis regimen. . . . .	640
Regimen Infinitivi et Supini. . . . .	645
Regimen Gerundivi. . . . .	646
Rectio Praepositionum. . . . .	648
III. Syntaxis ordinis. . . . .	667
Specimina e Codd. tam cyrillicis, quam gla- goliticis. . . . .	672

# Introduction

in

## Institutiones linguae Slavicae.

### Caput I.

De literarum Slavicarum figura, pronuntiatione, valore  
numerico, divisione, affinitate.

#### §. I.

Soni linguae Slavicae omnes et singuli neque latinis, neque graecis characteribus exprimi possunt. Hinc ingeniosa inventione opus fuit ad constituendum alphabetum omnibus numeris absolutum. Auctor illius Constantinus Philosophus, alias Cyrillus dictus, Methodii Pannoniae et Moraviae Archiepiscopi frater, Slavis primum Bulgariae, deinde Moraviae daturus Evangelium aliosque libros liturgicos, hoc consilio usus est, ut graecos characteres fundamenti loco substerneret, sonorum a graecis alienorum signa ex aliarum nationum, Armenorum videlicet et Coptorum, alphabetis mutuaretur, reliquisque adaptaret, ac, missis nominibus literarum graecis seu phoeniciis, Slavicis appellationes substitueret, pro Alpha enunciando *Az*, pro Beta seu Vita *Vjedi*, interposito

A

ta-

2 Cap. I. §. II. Liter. Slavic. figura et pronunciatio.

tamen *Buki*, quod Latinorum *B* respondet. Eadem ratione literae *Zjelo*, quae Graecorum signo numerico  $\varsigma$  respondet, praemisit sonum *živjete*; in reliquis jam non turbato alphabeti ordine usque ad  $\omega$  progressus est, nisi quod literas, Graecis duntaxat proprias,  $\xi$ ,  $\psi$ ,  $\omega$ ,  $\nu$ , ad finem plane rejecerit.

§. II. Figuras et nomina literarum slavice scripta in tabula prima aeri incisa conspicienda exhibuimus; valorem earum nunc exponemus.

Respondet autem

А	а	az,	Graeco A	Lat. a
Б	б	buki,	...	b
В	в	vjedi,	В	v
Г	г	glagol,	Г	g
Д	д	dobro,	Δ	d
Е	ѣ ѥ	} est (jest)	Ε	e
Ж	ж	živjete,	...	Gall. j
З	з	zjelo,	ζ	z
З	З з	} zemlja,	ζ	z
И	и	iže,	Η	Lat. i
І	і	i,	Ι	i
К	к	kako,	Κ	k
Л	л	ljudi,	Λ	l
М	м	myslјete,	Μ	m
Н	н	naš,	Ν	n
О	о	on,	Ο	o
П	п	pokoj,	Π	p

## Alphabetum Cyrillicum.

А	а . а́зъ .	Ѡ	оу ѡ . оу́къ .
Б	б . бѣки .	Ф	ф . фѣртъ .
В	в . вѣди .	Х	х . хѣръ .
Г	г . глаго́ль .	Ѣ	ѣ . ѣтъ .
Д	д . добро .	Ц	ц . цы .
Е	е . е́сть .	Ч	ч . чѣрвѣ .
Ж	ж . живѣ́те .	Ш	ш . ша .
З	з . зѣ́ль .	Щ	щ . щча .
И	и . и́же .	Ъ	ъ . ѣръ .
І	і . і .	Ы	ы . ѣры .
К	к . ка́къ .	Ь	ь . ѣрь .
Л	л . лю́ди .	Ѣ	ѣ . ѣтъ .
М	м . мы́слѣ́те .	Є	є . є .
Н	н . на́шъ .	Ю	ю . ю .
О	о . о́нъ .	Ѧ	Ѧ . Ѧ . Ѧ .
П	п . по́кои .	Ѣ	Ѣ . кси .
Р	р . рцы .	Ѧ	Ѧ . пси .
С	с . сло́во .	Ѧ	Ѧ . дита .
Т	т . твѣ́рдо .	У	у . ѣжица .





Cap. I. §. II. Liter. Slavic. figura et pronuntiatio. 3

P	p	rci,	Graeco ρ	Lat. r
G	c	slovo,	σ	s
T	т	tverdo,	Τ	t
OV	oy	uk,	ου	u
X	ж		ϝ	
δ	δ			
Φ	φ	fert,	Φ	f
X	χ	chjer,	Χ	Germ. ch
Θ	θ	ot,	ωτ	Lat. ot
II	ц	ci,	(τς)	{ Ital. z
Ч	ч	červ',	..	{ Germ. ð
III	ш	sa,	..	{ Ital. ce
III	ш	sca,	..	{ Gall. ch
h	ъ	jerr,	..	{ Germ. sch
li	л	jery,	..	{ Germ. schtsch
h	ь	jer,	..	Germ. schtsch
ѣ	ѣ	je,	..	Pol. y
ѣ	ѣ	jaŭ,	..	Boh. '
Ю	ю	jus,	..	je
Ю	ю		..	
Ю	ю		..	
II	и	ja	..	ja
и	и		..	
и	и		..	
ѣ	ѣ	ksi,	ξ	x
ѣ	ѣ	psi,	ψ	ps
ѣ	ѣ	thita	θ	th
V	у	izica	υ	y
V	у			

4 Cap. I. §. III. Lit. Slavic. valor numericus.

§. III. Valor harum literarum numericus prorsus idem est, qui apud Graecos:

ā	ē	ī	ā	ē	ś	ś	ñ	ō	ī
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
ā̇	ē̇	ī̇	ā̇	ē̇	ṥ	ṥ	ñ̇	ō̇	ī̇
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
ka	ā	ā	ñ	ś	ō	ñ	ī	ī	
21	30	40	50	60	70	80	90	100	
ī	ī	ī	ī	ī	ī	ī	ī	ī	
200	300	400	500	600	700	800	900		
ā̇	ē̇	ī̇							
1000	2000	3000	etc. Olim et ā valebat 900.						

Ut itaque annus a condito mundo ⲛⲓⲧⲏⲛ sit 7329, a quo si 5508 demas, annum ⲛⲁⲱⲕⲁ i. e. 1821 obtinebis.

клонити-кланати, помогѣ-помагати.

горѣти-гарати, бодѣ-бадати,

§. III. Alternant o et e. Hinc пепел cinis, pro попел aliarum dialectorum, hinc тепл et топ calidus. Mutatur vero o in e regulariter post i quando latino jaequivalet, et post liquidas consonas

Нас



Нас de causa Infinitivus formae sextae pro **обати** amat **ебати**:

**боквати а бой, клебати а блюю.**

**плебати а плую, врачевати а врач.**

Hinc et terminatio **ем** in Instrumentali, et **ым** in Dativo plurali secundae Declinationis transit in **ем** et **єм**: **отцем, отцєм.**

(b) Patet hinc, cur in Slavica literali *jo* latino more prolatum locum habere non possit. O enim cum *ї* conjungi non potest, quin mutetur in *е*. Pro hodierno Serborum **їюй**, id est *joj* (ci), slavice scribitur **кй**. Potuit igitur **ю** tuto sumi pro **юу**, latino *ju*.

(c) Bohemi et in prima declinatione pro *om* amant **ем**: bohem.

§. IV. Vice versa mutatur *е* in *о* in formandis Iterativis et Factitivis, ac proinde etiam in Substantivis ab iis derivatis:

**БЕДѸ - водити, воквода, вождь.**

**БЕЗѸ - возити, воз.**

**ЛЕЖАТИ - положить, ложе.**

**ТЕКѸ - точити, ток.**

Praesens **пою** *cano* habet in Infinitivo] **ѣ** pro **о**: **пѣти.**

(d) Russi et pro *е* initiali seu pro *к* amant **о** **один** pro **един**, **озеро** pro **езеро**.

§. V. In iisdem formationibus mutatur **и** seu **і** in **о** si sequatur **и**, **ѣ** vero in **о** sequente **в**:

**пїю - напоити, напой.**

**гнїю - гноити, гной, крѣю - кров.**

§. VI.

38 Cap. II. §. VI. VII. et VIII. Mutatio Vocalium.

§. VI. Eodem modo resolvitur oy sequente vocali in syllabam ов:

плѡю - плѡвѡ, слѡю - слѡвѡ, слово.

отринѡ - отринѡвен, мгнѡ - мгнѡвен.

Нас lege formant verba in ѡю Infinitivum in

овати: радѡю - радѡвати, милѡю - милѡвати.

кѡпѡю - кѡповати, кѡю - кѡвати.

§. VII. Alternant subinde ѡ et ѡ:

плѡю - плѡнѡ, стѡдѣти - стѡдѡ,

слѡшати - слѡхѡ.

§. VIII. Alternant etiam ѡ seu ѡ et ѡ seu ѡ:

ѡмѡ, ѡсти - ѡѡмѡ, ѡѡсти.

ѡдѡ - ѡѡдѡ, ѡѡсти.

ѡвращѡ - ѡвращѡѡ, ѡвращѡвати.

(e) In libris Serbicis, etiam antiquis, constanter ѡ et ѡ pro ѡ scribitur: стѡк pro стѡѡ, чѡк pro чѡѡ, кѡвѡ et ѡвѡ, неѡсѡѡ pro неѡсѡѡ pelicanus, ѡвращѡ pro ѡвращѡ, ѡувѡѡ pro ѡувѡѡ marcesco, ѡѡѡ et ѡѡѡ pro ѡѡѡ sanctus, ѡмѡѡ pro ѡмѡѡ memoria, ѡѡѡ, ѡѡѡѡ pro ѡѡѡ, ѡѡѡѡ, ѡѡѡѡ pro ѡѡѡ oratio, ѡѡѡѡ pro ѡѡѡѡ vādens, ѡѡѡѡ et ѡѡѡѡ pro ѡѡѡѡ volens. Alia exempla vide Cap. I. §. XX. (n).

§. IX. Consonae ejusdem organi nunquam fere inter se permutantur, nisi consona subsequens mutationem lenioris in duriorē aut vice versa subinde postulet. Pro ѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ ante ѡ, ѡ, ѡ, scribi ѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ, ѡѡѡ jam

jam diximus C.I. §. 26, 6. Pro *везти* scribunt aliqui *вєсти*, а *вєзѣ*. Vice versa pro antiquo *кѣ* nunc *гѣ*, pro *сѣ* nunc *зѣ* in usu est.

§. X. Solent tamen sibilantes *з, с, ц* in densiores cognatas *ж, ш, ч* mutari. Linguali *д*, quoties sequente vocali affecta cum *ї* coalescere deberet, praefigitur *ж*; *т* vero et *ст* mutantur in *щ*. Gutturales *г, х, к* in affines *з, с, ц*, quandoque etiam in *ж, ш, ч* transformantur. Juverit affinitatem transformabilium et transformatarum uno quasi intuitu conspicere. Mutatur nimirum

<i>д</i>	in	<i>ж</i>	<i>д</i>	: водити	-	вождю.
<i>т</i>	-	<i>щ</i>		: мѣтити	-	мѣщю.
<i>ст</i>	-	<i>щ</i>		: пѣстити	-	пѣщю.
<i>з</i>	-	<i>ж</i>		: мазати	-	мажю.
<i>с</i>	-	<i>ш</i>		: писати	-	пишю.
<i>ц</i>	-	<i>ч</i>		: обѣа	-	обча.
1. <i>г</i>	-	<i>з</i>		: бог	-	бозн.
2. <i>г</i>	-	<i>ж</i>		: дѣг	-	дѣже.
1. <i>х</i>	-	<i>с</i>		: дѣх	-	дѣсн.
1. <i>х</i>	-	<i>ш</i>		: дѣх	-	дѣши.
1. <i>к</i>	-	<i>ц</i>		: лик	-	лицн.
2. <i>к</i>	-	<i>ч</i>		: око	-	очи.
<i>ск</i>	-	<i>щ</i>		: искати	-	ищю.

Prima series hic transformabiles sistit, secunda eas literas, in quas transformatio fieri solet. Fit autem transmutatio haec secundum cer-

tas

tas regulas in declinatione, conjugatione et derivatione observandas.

(e) Mirum alicui videri possit, Smotriskium praeter  $\Gamma$ ,  $\chi$ ,  $\kappa$ ,  $\psi$ , etiam  $\text{ж}$ ,  $\text{ш}$ ,  $\text{ч}$  inter mutabiles (измѣняемая) retulisse, cum hae potius transformatae, utpote ex  $\Gamma$ ,  $\chi$ ,  $\kappa$  prognatae, nuncupandae sint. Supposuit ille, male utique, in omnibus Verborum formis, personam primam Praesentis esse thema aliorum temporum. Hinc cum а вижѸ, молочѸ, прошѸ, secundas personas видиши, молотиши, просиши formari putasset, ubi Infinitivi видѣти, молотити (slavice млатити, млацию), просити respiciendi erant, in eum errorem inductus est, ut literas  $\text{ж}$ ,  $\text{ч}$ ,  $\text{ш}$  ex  $\text{д}$ ,  $\text{т}$ ,  $\text{с}$  transformatas mutabiles diceret.

§. XI. Vocales purae seu solidae consonis finalibus, quae syllabam radicalem terminant, affixae, nullam inducunt in declinatione et conjugatione mutationem, praeter  $\epsilon$ , cum sit affinis vocalibus affectis. Fit nimirum transformatio:

1. in Vocativo substantivorum masculinorum, cum ei  $\epsilon$  affigendum est:

БОГ-БОЖЕ, ДѢХ-ДѢШЕ, ОТРОК-ОТРОЧЕ.

Sic КНАЗЬ-КНАЖЕ, ОТЕЦ-ОТЧЕ.

Aliae vero literae hoc in casu, praeter gutturales et  $\text{зъ}$ ,  $\psi$ , non mutantur.

2. Ante  $\epsilon$  Praeteriti, ante  $\epsilon\text{ши}$ ,  $\epsilon\text{т}$  Praesentis, ante  $\epsilon\text{н}$  Participii passivi verborum in  $\text{Ѹ}$ :

ВЕРГѸ-ВЕРЖЕ, ВЕРЖЕШИ, ВЕРЖЕТ, ВЕРЖЕН,

ИЗСѸНѸ-ИЗСШЕ, РЕКѸ-РЕЧЕН.

§. XII. Ante **ен** participii passivi verborum in **н**ти literae **д, т, з, с, ст** mutationem subeunt, cum **е** hic vices agat vocalis affectae **ѣ**:

сѣдѣти - сѣжден, мѣтити - мѣщен.

казѣти - кажен, просѣти - прошен.

простѣти - прощен.

Adde: **мѣженіе** а **мѣзѣти**, **сѣкажен** а **сѣказѣти**, **умерщвлен** а **умертвѣти**, **помышлен** а **помышлѣти**, **ощрен** а **ощрѣти**, quamvis in his **е** literas **д, т, з, с, ст** non immediate, sed interpositis aliis, afficiat.

§. XIII. Ante **и** Nominativi pluralis, et ante **ѣ** dualis, porro ante **ѣ** Dativi et Localis, ante **и** et **ѣ** Imperativi, mutatur **г** in **з**, **х** in **с**, **к** in **ц**:

прѣг - прѣзи, ѡ прѣзѣ.

грѣх - грѣси, ѡ грѣсѣх.

внѣк - внѣци, ѡ внѣцѣх; рѣка - рѣцѣ.

нога - ногѣ, рѣка - рѣцѣ (Duales).

помогѣ - помози, помозѣте.

текѣ - теци, тецѣте,

At vero in formatione primae personae Verborum ope **ю**, deinde in derivatione Substantivorum et Adjectivorum tam ante liquidas vocales **л,** **ѣ**, quam ante **ен** mutantur **г, х, к** in densiores sibilantes **ж, ш, ч**, et quidem

**г** in **ж** : рог - рожан, книга - книжен

**х** - **ш** : страх - страшен, ѡхо - ошѣ.



42 С. II. §. XIV. Mut. I. Д, Т, З, с. §. XV. Mut. Ё, Г, К.

к in ч : вѣк - вѣчен, велик - величїе

ск - ц : плескати - плещѸ (плещю).

Similiter mutatur ц ante ен, et ина in ч :  
лице - личен, конец - кончина.

§. XIV. Literae Д, Т, ст et З, с mutantur ante ю primae personae, et ante а in formatione Femininorum abstractorum, ut supra §. X., nimirum:

Д in жД : нѣдѣти - нѣждѸ, рѣѣти - рѣда (ржа).

т - ц : свѣт - свѣца, питати - пица.

ст - ц : тестъ - теца, прелестити - прелѸ.

З - ж : лазити - лажѸ, лизати - лижѸ.

с - ц : плакати - плащѸ, гасити - гашѸ.

Sic съблажню а съблазнити, испещрю ab испестрити.

Ante ти Infinitivi aliam mutationem subeunt literae Д, Т, quandoque etiam З. Mutantur enim in с :

ведѸ - вести, падѸ - пасти.

плетѸ - плести, обрѣтѸ - обрѣсти.

лезѸ - лести.

§. XV. Literae gutturales, si ante ти Infinitivi immediate poni debeant, una cum т mutantur in ц :

могѸ - мощи (про можти).

текѸ - теци, цекѸ - пещи.

(f) Initialis consona vix unquam transformari solet. Praebent tamen Praesens женѸ агнати, рогго шедѸ, почию, si conferantur cum ходѣти, et поконти, exempla mutationum in prima radicali faciarum.

§. XVI.

§. XVI. Vocali i, dum naturam consonantis induit, h. e. dum aliis vocalibus praefixa uti j. pronunciatur, praecedente praepositione, litera н substituitur: *кго - ѿ него, кемѣ - къ немѣ, км - ѿ нем.*

*к - за не, ю - на ню, их - при них.*

Sic etiam *нань* pro *наи*, *воньмѣ* pro *въ имѣ*, *соньм* pro *сзим а съ* et *имѣ*. Hinc epentheticum н in compositis *внидѣ*, *снидѣ* ab *идѣ*, *внати*, *снати а пати*, *внимати* ab *имати*, *снѣсти а псти*, *снискати* ab *искати*, *внѣшити* auribus percipere, ab *ѣхо* auris.

§. XVII. In slavica veteri lingua non alia prothesis locum habet, quam ea, dum i praefigitur initiali а seu ѣ: *ѣможе* pro *аможе*, *юдоль*, *южика*, *юза*, *союз* pro *удоль*, *ужика*, *уза*, *сѣз* (*сѣзз*). Serbici libri et *юже iam*, pro *оуже* legunt. In his adeo variant Codices, ut nisi etymologiam consulas, nescias utrum *уха*, *утро* quae Russi amant, an *юха*, *ютро*, quae meridionales Slavi praeferunt, rectius scribatur. Confer, quae C. I. §. XXIV. monuimus. In *нѣдро* pro *ѣдро* sinus, н est prostheticum, uti in illyrico *нѣгал* pro *угал*.

(g) Prostheticum в ante vocales о et ѣ in aliis dialectis valde frequens est. Bohemi vulgo vocali о praemittunt consonam w: *won* pro *on*, *worati* pro *orati*. Idem mos est et Lusatis. Pauca exempla suppeditat et Russica lingua: *восемь* octo, pro *осемь*, *вотчим* vitricus, pro *отчим*. Croatiae eandem consonam praeponunt vocali u: *vuda*, *vudicza*, *vugel* pro *уда*, *удича*, *угла*.

уга. Sed et apud Skorinam Russum наѡка scriptum reperi pro наѡка, et in antiquo codice вѡдица hamus pro удица. Poloni quoque, quamvis u in e et a mutant, tamen ejusmodi vocibus, quae ab u inchoantur, consonam w praefigunt: węda pro uda, węgiel *carbo*, pro ugi, wątroba *hepar* pro utroba, watek *trama* pro utek.

§. XVIII. Vocalis euphonica o aut e inseri nunc solet in editionibus Russicis in iis syllabis, quae olim sine vocali scribebantur. Tales sunt, quarum mediam radicalem constituunt literae л et р. Inseritur autem o communiter ante л: волна, волк, полн, ползок, полк, умолкнѡ, долг, солнце, столп, холм, про вана, вак, пав, пазок, пак, умалкнѡ, длаг, санце, стап, хам. Subinde etiam post л: плоть pro пать, поглотити pro полатити. Adde желчь fel, про жалчь, слеза pro саза, кленѡса pro клнѡса. Ante р vero inseri solet frequentius e quam o: берѡ, верх, перси, перст, дерзати, держати, терпѣти, тверд, жертва, сердце, смерт, скверна, червь, черн, чертог et plura alia, quae inter primam et secundam radicalem interponunt e. Alia vero assumunt o, et quidem ante р: торг, скорѡ, горд, гортань, корма, про трг, скрѡ, грд, гртань, крма; post р vero: брѡна thorax, брѡзда *canus*, трѡсть *arundo*, кровь *sanguis*, крот talpa, про брѡна, брѡзда, трѡсть, крѡвь, крт. Расторгнѡ amat o, at растерзати *disrumperе*, interponit e.

(h) In Serbicis et Glagoliticis libris antiquis ejusmodi syllabae sine vocali constanter scribuntur; etsi in Apostolo A. 1324 quandoque *сѣднѣ* scriptum sit. Nunc autem Serbi et Dalmatae jam ab aliquot seculis pro medio *л* pronunciant *ѣ*: *ѣг*, *ѣк* pro *длг*, *влк*. Hinc hybrida illa *ѣлана*, *пѣлно*, *пѣлт*, *ѣлаго*, *сѣднѣ* in libris a Glagolitis editis leguntur. Volebant illi hac ratione et retinere usum antiquum scribendo *л*, et simul consulere legentibus inserendo *ѣ*, ut, neglecto *л*, more suo pronunciare possent *ѣна*, *пѣно* etc.

Bohemi syllabas, media radicali *l*, aut sine vocali pronunciant, uti *pln*, *wlk*, (Slovaci etiam *tlku*, *stlp* et alia plura), aut *u* post *l* inserunt: *pluk*, *dluh*, *slunce*, *chlum*. Syllabas autem media radicali *r* non paucas Bohemi et Illyrii omnes satis commode sine vocali inserta pronunciant: *smrt*, *krt*. Attamen, pro *крѣ* illyrico, Bohemi dicunt *krew*, quamvis in obliquis casibus *e* elidatur: *krwe*.

Poloni inserunt in his syllabis vocalem *a* ante *ř*: *targ* forum, pro *трѣг*, *karczma* popina, pro *крѣма*; *e* vero aut *i* ante *l*: *welna* lana, pro *влна*, *pełny* plenus, pro *пѣный*, *wilk* lupus, pro *влк*, *milozec* tacere, pro *мѣлати*.

§. XIX. Russi vocalem euphonicam *o* affigunt etiam praepositionibus in fine, praecipue si plures consonae sequantur: *во*, *со*, *ко*, *око*, *изо*, *ото*, *подо*, *надо*, *предо*, pro *в*, *с*, *к*, *ок*, *из*, *от*, *под*, *над*, *пред*. Sed *воз* in medio assumit *o* fere semper: *воздѣх* pro *вздѣх*, *восток* pro *вѣсток*.

(i) Pro varietate dialectorum variat et vocalis euphonica. Illyrii amant *a*: *прѣдѣмной* pro *предомной*, Bohemi *e*: *przedemnu*. Hinc pro Slavico *огнь*, ignis, Illyrii *огань*, Bohemi *ohen*, Poloni *ogien*, Russi *огонь* scribunt et pronunciant. Idem valet de vocali ambigua inter duas consonas in vocibus, in quibus *o*, *a*

et *е* alternant: *сѣт* codicum manuscriptorum Russilegunt *сѣт*, Serbi et Glagolitae *сат*, *favus*. Pro *сѣн*, *somnus*, in libris impressis legitur *сон*; Illyrii vero nunc efferunt *сан*, Bohemi *сен*, Croatae et Carniohi *сень* et *сѣн*.

(k) Glagolitae, quandoque et Serbi in libris recentioribus, a euphonicum frequentius, quam par sit, inserere solent: *данас* pro *днесъ*, *мазда* pro *мзда*, *магла* pro *мгла*, *маститель* pro *мстителъ*, *лажѣ* pro *лжѣ*, *шало* pro *шлю* seu *слю*, *нарав* pro *нрав*, *одрѣ* pro *одрѣ*, *жезал* pro *жеза*, *жизань* pro *жизнь*, *ксам* pro *късмь*, *седам* pro *седмь*, *ѡалам* pro *ѡалм*, *могал*, *рекал*, *несал* pro *могл*, *река*, *неса*; *отрасал*, *мысал*, pro *отраса*, *мысль*, *богатаство* pro *богатство*, *канам* pro *кънам*, immo in Octoecho Serbica *паваставно* pro *павѣствовно*, *небещаставан* pro *небеществен*, et sexcenta alia. In his ego librorum antiquiorum et meliorum editionum sequar auctoritatem.

§. XX. Vocalis euphonica ante consonam ultimae syllabae mobilis est; accedente enim vocali alia; in fine, elidi solet: *зол*, *зла*, *зло*; *шел*, *шла*, *шло*, *шли*; *церков*, *церкве*, *церкви*; *красен*, *красна*, *красно*; *отец*, *отца*; *сладок*, *сладка*, *сладко*.

§. XXI. Raro admodum eliduntur vocales aliae: *измѣ*, *възмѣ* pro *изимѣ*, *възимѣ*, in quibus *и* radicale exciderat. Rarius adhuc integrae syllabae: *сѣтъ* pro *късѣтъ*, *инѣк* pro *къдинѣк* *монаchus*. Sic *ино* pro *къдино* in compositis *иночадый* unigenitus, *иноходец* equus gradarius, *инорог* unicornis.

(l) Olim Apoc. 18, 12 legebatur *сѣсѣда* *стислѣноба*, sed editores posteriores pro adjectivo vulgari *стислѣнобѣ* *eburneus*, quod e voci *ис* *костѣ* *слѣноба*



in ore plebis contractum fuit, recte substituerunt из  
кости слоновья.

§. XXII. Labiales в, в, п, м, quoties iis vo-  
cales liquidae т, ю, aut ь, affigendae sunt, epen-  
theticum л assumunt:

вопль про вопль а вопію, seu впію. Sic

ловлю а ловити; жеравь про жеравь.

люблю а любити; коравль про коравль.

кѹплю а кѹпити, капла про капла.

дремаю а дремати, земаа про земаа.

Eadem { epenthesis literae л locum habet ante  
in participiі passivi: избавлен, озловлен, престѹлен,  
посрамлен, аб избавити, озловити, престѹпити,  
посрамити. Serbici codices pro лен scribunt лкм:  
избавлкм, etc. Confer. С. I. §. XXIV. pag. 30.

(m) Bohemica, Polonica, et Lusatica dialecti,  
utpote alterius ordinis, hanc epenthesis literae л  
non admittunt. Hinc Pol. zemia pro земаа Boh.  
zbaven pro избавлен etc.

§. XXIII. Post ж frequenter inseritur д epen-  
theticum: изжаденѸ про изженѸ, ижданѸ про из-  
живѸ, вждада in Psalterio Serbico про возжада,  
вождеаѸ про возжелѸ; раждези про разжези,  
раждежен про разжежен (разжжен), раждеѸ, раж-  
деа, ражданзаю про разжеѸ (разжѸ), разжеа,  
разжизаю. Idem fit, sed rarius, ante р: раздрѹшити,  
раздрѹшити про разрѹшити разрѹшити. Adde e  
codicibus Serbicis ждѹтѸ pullus, про жеа,  
жадеѸ

ждрекій *sortes*, про жрекій. Ноздри *nares* про нозри, а нос *nasus*. Illyricum ждрал, *grus*, inserto д et eliso в, е Slavico veteri жеравль (Carniolis *hodiedum* жерав) contractum est.

(n) Bohemis et Polonis usitatissima est epenthesis literae д ante лo Substantivorum: *sadlo* adeps, про сало, *kadidlo* thus, про кадило. Sic et *modliti se* orare, про молитиса.

§. XXIV. Literae д et т non raro eliduntur, uti in памь edo, вѣмь scio, pro inusitatis пдмь, вѣдмь. Radicalis enim syllaba harum vocum est пд, вѣд. Fit autem elisio literarum д et т sequenti consona, et quidem 1) ante л frequentissime: пдл про пдл, пдл про пдл а пдлѣ; вел, привел про велд, привелд; сѣл про сѣдл; счел, сочли про счета, сочтан. 2) ante н: оубанѣ про оубаднѣ, возенѣ про возаднѣ а вѣѣти, воспранѣ про воспраднѣ, свѣнѣ про свѣтнѣ, возелеснѣ про возелестнѣ.

(o) In editionibus Serbicis безна, празник, радсно, чесно, про безана, празаник, радостно, чесно *meliorum codicum*, nemo probaverit.

Litera д post ж excidere solet ante vocales: божь про бождѣ, госпожа про господѣ, ржа про рждѣ, прежде про прждѣ, чюжій про чюждій. Нинс etiam вижѣ, сѣжѣ, вѣдѣжѣ, хожѣ, про виждѣ, сѣждѣ, вѣдѣждѣ; хожѣ; вѣдженіе про вѣдженіе, оутвержен про оутвержен. Nec hoc probandum.

(р) In Glagoliticis libris, etiam antiquis, вню pro виждѣ legitur. Sic et рожи, рожиѣ pro рожден, рожденіе, et роиство pro рождество.

§. XXV. Frequentissime eliditur в post к in compositis ex вѣ: вѣитати pro вѣвитати, вѣетшати pro вѣветшати, вѣѣт pro вѣвѣт, вѣлзати pro вѣвлзати, вѣласть pro вѣвласть, вѣлак pro вѣвлак. In composito възопію, in Serbicis libris възпію, а въз et впію litera в non penitus excidit, sed in vocalem mutata est. Eliduntur subinde et aliae consonae, uti в in погрести pro погребсти а погребѣ; з ante з, ж, et с: возва pro возва, иждивити pro изждивити, раждегѣ pro раждегѣ seu разжегѣ. Pro вѣѣмене, вѣсмертен, безаконіе meliores editiones legunt без ѣмене, вѣсмертен, беззаконіе. Scribitur autem constanter кси es, in omnibus codicibus pro кси, quamvis formatio personae secundae fiat apponendo си syllabae radicali кс.

§. XXVI. Duplicationem literarum non admittit Slavica lingua. Vocales аа in читаах, ее in нищеe non unam sed duas constituunt syllabas; legendae enim sunt uti аа, ее: читаах, нищеe. Consonae autem non solent duplicari, nisi compositio aut derivatio id exigat. Преддверіе ex. gr. ex пред et двери, compositum est. Similiter въззвати, беззаконіе ex воз, без et звати, закон. Partici-

pium passivum **пожжен**, **сожжен**, а **пожгъ**, **сожгъ** formatum est, mutato **г** ante **ен**, in **ж**; igitur duplici **ж** scribendum est. Sic comparativus **вышій** appposito **шій** formatus est ab adverbio **выше** seu a syllaba radicali **выс**, quae in **выше**, mutata fuit.

Recte etiam **истинный**, **законный**, ob formam indefinitam **истинен**, **законен**, duplici **н** scribuntur. Sic et **плѣнник**, cum a **плѣнен** derivatum sit. At **оученик**, **мѣченик** non nisi simplex **н** postulant, cum a participiis passivis **оучен**, **мѣчен**, in quibus **н** non duplicatur, orta sint.

Solet tamen **н** Participiorum, quando, assumpta terminatione finita, adjectivorum more construuntur, pro arbitrio librariorum duplicari. Hinc **избранный**, **окапанный**, **смиранный**, **вселенная** (ad verbum: *οἰκουμένη*), atque alia duplici **н** scripta invenias.

(q) Etiam in Praesenti **пожегъ** et **сожегъ** literam **ж** duplicari, male scripsit Mrazovics. Idem regulam a Smotriskio male conceptam repetit, **н** in adjectivis **инный** purum, i. e. si vocalis praecedat, desinentibus duplicari, uti in **странный**. Atqui **странный**, cum **странен** sit a **страна**, non praebet exemplum aptum, uti nec **истинный**. **Юный** certe et **оутренній** simplici **н** scribuntur; in **искренній** vero **н** duplicari solet. Adeo nimirum variant librarii. Immo sunt qui **н** in voce **истина** male duplicent. In Bibliis novissime impressis **истина** quidem simplici **н** recte, pessime vero formula **воистиннъ** in veritate, vere, duplici **н** exarata est.

## C a p u t III.

## De Tono seu Accentu

## §. I.

In libris liturgicis olim et nunc impressis vocales syllabarum, quae tono gaudent, accentibus notari solent. Cum autem hi in manuscriptis codicibus antiquioribus plane absint, et libri a Serbis Venetiis seculo XVI. editi, quoad accentus, multum a libris in Russia impressis differant, non liquet, utrum toni sedes aetate Cyrilli eadem fuerit, quam nunc accentus, sive a Serbis sive a Russis vocibus impositus, indicat. Serborum tamen libros antiquos tonum veterem, seculi IX. (quamvis prorsus immutatum permansisse vix credam), in pluribus vocibus referre facile mihi persuadeo. Cum autem libri Slavici a Russis impressi, ab eo tempore, quo Serbi magnis sumptibus ferendis impares edere suos desierant, omnes horum ecclesias repleverint, factum est, ut in Bibliis aliisque libris liturgicis nuper Budae et Vindobonae reimpressis, voces notarentur iis accentibus, qui tonum Russicum, Serbicae pronunciationi saepe prorsus repugnantem, designant. De hoc igitur nunc paucis agendum est.

§. II. Tonus seu syllaba majori prae aliis vi elata adeo in polysyllabis vocibus, apud Russos



variat, ut praeceptis difficulter determinari queat. Inspice, si lubet, Grammaticam Russicam a beato *Antonio Puchmayer* Radnicensi Parocho, Pragae 1819. 8. editam. Solet autem toni sedes accentu sive acuto sive gravi notari. Acuto (') notantur vocales primarum syllabarum, imo et ultimae si haec consona finiatur, gravi (̀) vocalis syllabam ultimam finiens. Utriusque eadem est potestas.

Exemplo sit Marci Cap. 12. v. 1. e Biblicorum postrema editione;

ВѢНОГРА́ДЪ НАСАДѢ ЧЛѢВѢ́КЪ,  
и ѿГРА́ДѢ ѿПЛО́ТОМЪ,  
и ИСКО́ПѢ ТОЧѢ́ЛО,  
и СОЗДА́ СТОЛПЪ  
и ПРѢДА́ДѢ ЕГО́ (ПРѢДА́СТЬ И Mss.) ТАЖА́ТЕЛѢМЪ  
и ѿНѢ́ДЕ.

Столпъ, turris, in hac editione accentu caret. Superfluum enim editoribus visum est, monosyllaba, in quibus toni sedes ambigua esse non possit, accentibus notare, excepto pronomine и eum, quod a conjunctione и, et, distinguendum censuere.

(a) Apud Bohemos et Polonos toni sedes paucis regulis definitur; vocum enim bisyllabarum prima apud utrosque, trisyllabarum vero prima apud Bohemos, secunda apud Polonos tono gaudet, sive vocalis corripitur, sive producat. Nam et correptae tono affici possunt.

sunt. Meridionalium Slavorum, praecipue Serborum, tonum non nisi e Lexicis nuper editis, Vukiano praesertim, cognoscere licet.

(b) In codicibus etiam ꙗ in medio vocum, dum vices vocalium agit, accentu notari solet: ста́нъ, крѣ́вь, плѣ́тъ, трѣ́стъ, исплѣ́нити, млѣ́ва tumultus, pro hodierno мо́лва. Subinde et consona praecedens in codicibus Serbicis: чрѣ́пати, млѣ́ва.

§. III. Monosyllabarum vocum aliae, etiamsi per declinationem in fine crescant, toni sedem servant: бо́г бо́га, сы́н сы́на сы́нове, дѣ́х дѣ́ха, бра́к бра́къ, грѣ́х грѣ́ха, вѣ́с вѣ́са вѣ́сове; aliae vero tonum primae syllabae ad secundam rejiciunt: ра́к ра́ка, о́ум о́ума, о́др о́дра, пло́д пло́да, же́зл же́зла, до́м домѣ, ве́прь ве́пра, ца́рь цара, пѣ́тъ пѣ́ти.

Idem valet de Adjectivis, si terminationem definitam ѡй assumant. Servant alia tonum primae syllabae, uti хро́мъ ѡ хро́м, ма́льѡй, ю́нъѡй, но́въѡй а ма́л, ю́н, но́в. Alia vero terminationem, quae accessit, tono afficiunt: нагѡ́й, драгѡ́й, благѡ́й, сватѡ́й, младѡ́й, живѡ́й, хѣдѡ́й, нѣмѡ́й, слѣпѡ́й, глѣхѡ́й.

Illa vero, quae terminatione ѣй augentur, radicalis syllabae tonum nunquam amittunt: ве́ліѣй magnus, трѣ́тѣй tertius, ни́щѣй egenus.

§. IV. Bisyllabarum vocum simplicium quaedam tono afficiunt priorem, uti го́лѣвъ columba, ки́сер margarita, жѣ́пел sulphur, пла́мень flamma, бо́ини mi-

les, вѣчер vesper, оцет acetum, слѣга minister.  
 Feminina: мѣти mater, вѣга collum, нѣва ager,  
 вѣра fides, дѣва virgo, рѣва piscis, слѣнар ruina,  
 пѣна spuma, рѣза vestis, птѣца avis, кнѣга li-  
 ber etc. Neutra: слѣво verbum, нѣко coelum, кѣ-  
 ло rota, злѣто aurum, ѡко oculus, ѡхо auris,  
 ѣго jugum, мѣре mare, лѣже stratum. Aliae vero  
 non paucae voces ultimae syllabae accentum im-  
 ponunt: конѣб lebes, орѣл aquila, осѣл asinus,  
 ковчѣг arca, чертѣг thalamus, конѣц finis, жених  
 sponsus, глагол verbum, живѣт vita, язык lin-  
 gua, падѣж casus. Feminina: кормѣ puppis, гла-  
 вѣ caput, лѣзѣ vitis, лѣмѣ luna, цѣмѣ pretium,  
 женѣ mulier, дѣшѣ anima, чертѣ linea, водѣ aqua,  
 винѣ causa, culpa, травѣ gramen, рабѣ ancilla,  
 стопѣ gressus, стѣмѣ paries, murus, стрѣлѣ sa-  
 gitta, горѣ mons, звѣздѣ stella, росѣ ros, ногѣ  
 pes, рѣкѣ manus, (in Accusativo tamen рѣкѣ, in  
 Duali рѣцѣ). Neutra: лицѣ facies, гѣмнѣ area, вѣнѣ  
 vinum, рѣнѣ vellus, селѣ rus, крилѣ ala, гнѣздѣ ni-  
 dus, млѣкѣ lac, Pluralia: оустѣ os, oris, вратѣ  
 porta.

(с) Tonum in ultima vix norunt Serbi. Hinc in  
 eorum libris vocum bisyllabarum prima accentu notatur  
 кѣнок, кѣвчег, жѣвѣт, мѣтеж про матѣж, слѣга  
 стрѣна, лѣза, нѣга, жѣна, гѣмно. Idem valet de personis  
 prima Verborum: пишѣ про Russorum пишѣ, грѣдѣ  
 про градѣ, рѣкѣ про рекѣ, живѣ, мѣтѣ про живѣ  
 морѣ. Idem in Infinitivis in сти et ии observatur  
 Но-

Horum enim ultimam Russi, Serbi vero penultimam tono afficiunt; igitur apud hos *ра́сти* pro *расти*, *блѹс-ти* pro *блѹсти*, *спáсти* pro *спасти*, *мо́щи* pro *мо-щи*, *стрѣщи* pro *стреши* invenies. Idem de aliis temporibus et modis dicendum: *пáси* pasce, pro *паци*, *тѣкох* cucurri, pro *теко́х*.

§. V. Quod de Simplicibus §. priori dictum est, etiam in Compositis ex praepositionibus locum habet. Sunt tamen longe plura, in quibus praepositio accentu caret, syllaba radicali tonum servante: *исхо́д*, *оустáв*, *ѡбѣ́т*, *поко́й*, *потоп* diluvium, *примѣ́р*, *проро́к* propheta, *предѣ́л* terminus, *престо́л* thronus, *наро́д* natio, *недѣ́г* morbus, *завѣ́т* foedus, *закон* lex, etc. In aliis praepositio tono afficitur: *о́блак*, *о́бласть*, *о́трок*, *оу́жас* terror, *пáжить* pascuum, *пáмать* memoria, *бѣ́здна* abyssus, *пѣ́пел* cinis (in aliis quibusdam dialectis *по́пел*), *зáвисть* zelus, invidia, *зáпад* occasus, *рáзум* intellectus, *на́пасть* tentatio. Adde *во́зраст*, aetas, *со́вѣсть* conscientia, codicum Russicorum; in Serbicis *въ́зраст*, *съвѣ́сть*, monosyllaba sunt.

(d) In Serbicis libris leguntur *оужáс*, *окрáз*, *ок-ла́сть*, *зави́сть*, *разо́ум*, *подвѣ́г* pro *пóдвиг*, et aliae voces, in quibus praepositio accentum non recipit.

§. VI. Trisyllabae voces tonum habent aut in prima, aut in secunda seu penultima, aut in tertia seu ultima syllaba.

In prima: истина, хра́мина, па́лица, ю́ноша etc. Sed in Serbicis libris истíна, юно́ша; et si alias tonum in prima ament: тра́пеза pro трапéза, твóрити pro твори́ти, вѣ́жати pro вѣжа́ти.

In media: держа́ва, лови́тва, кончи́на, колѣ́но, свѣ́тило, храни́ло, свѣ́тильник, слѣ́жатель, ревни́тель, лани́та, лопáта, рабóта, ходáтай mediator, богáтство, десни́ца, пшени́ца, in quibus omnibus prima a Serbis signatur: дѣ́ржава, лóвн-тва, кóнчина etc.

In tertia seu ultima: та́гота, до́лгота, на́гота, ти́шина, жи́довин, ко́пие, plur. словеса́. Apud Serbos те́гота, дѣ́лгота, тѣ́шина, жи́довин, ко́пие, слѣ́веса. Sed на́гота pro наготà nuditas. Sic et по́хвала, испо́лин gigas, искони́, посредѣ́ tonum apud eos in secunda habent: похвáла, испо́лин etc.

(e) Variat tonus subinde in ipsis libris a Russis diverso tempore editis. In Psalterio Kioviae sec. XVII. edito за́кон pro закóн, о́трок pro óтрок, изба́витель pro изба́витель, де́снаа pro десна́а, глаго́ланный pro глаго́ланный, imò et испо́лин legitur, ut adeo in испо́лин tonus apud hos jam primam, apud illos secundam, apud alios demum tertiam occupet syllabam.

§. VII. In polysyllabis non solum secunda, tertia et quarta, sed et quinta et sexta a fine syllaba tono gaudere potest. Pro колесни́ца, баграти́ца, десяти́ны, цѣ́ловати Russorum, Serbici libri ко́лесница, багрэ́-



кагрѣница, десѣтинш, цѣловати exhibent. Про кади́лница vero ка́дилница thuribulum, habita ratione primitivi кади́ло, apud Serbos ка́дило. Покѣ́нше, все-леннаа habent tonum apud Serbos in quarta a fine: по́конше, все́леннаа; обѣ́тованіе, дерзновѣ́ніе, оуничиже́ніе plane in quinta: обѣ́тованіе, дрѣ́зновеніе, оуни́чиженіе. Adde e Russicis editionibus хо-дѣ́тайствовати, et зна́менованіе.

(f) Serbi voces plurium syllabarum signare solebant etiam duplici accentu: свѣ́дѣ́тельствю, благовѣ́ствованіе, in Russicis libris свидѣ́тельствю, благоговѣ́ствованіе. Козлогласованіе, κωμος, comesatio, plane tribus acutis et gravi signatum reperi: ко́злогла́сованіе, qui indicare videntur, vocem pronunciamdam esse, uti duos trochaeos (ко́зо-гла́со), et dactylum (ва́ніе).

§. VIII. In Compositis ex integris vocibus, quarum quaelibet tono affici solet, prima tonum amittit, et duntaxat secunda vox signatur: водо́нѣс hydria, пертогра́дарь hortulanus, во́кво́да dux exercitus, благода́ть gratia, ко́гочтѣу dei cultor, благо́словѣн, скоропи́теу ταχυγράφος, многоми́лостив multum misericors, сре́бролю́бев, само́ви́деу, мздо́возда́ніе μισθοποδοσία. Ехсі́ре три́десать, се́дмьдесят.

(g) In Serbicis libris plures accentus vocibus imponi jam nota (f) monuimus. Sic сре́бролю́бив, само́ви́дци, благо́словѣн, мздо́възда́ніе mercedis retributio.

§. IX. Particulae monosyllabae, uti et Pronomina ма, ми, та, ти, са, си carent accentu:

(h) In Bibliis A. 1816 Petropoli editis omnes voces monosyllabae sine accentu impressae sunt, excepto pronomine ѡ eum: сѢ азъ ѿсмь pro сѢ азъ ѿсмь; и сѢ мѡжъ ста pro и сѢ мѡжъ ста, ѡвѣдѡно же бысть сѢ по всей Іоппіи, ubi alias бысть, сѢ, всей accentu portabantur. Consultum tamen fuisset, in concursu plurium tono carentium signare accentu eam vocem, quae prae aliis elevanda sit. Non enim constare poterit legenti на та, utrum нѡта, an на та pronuntiandum sit. Luc. IX. v. 50. plane septem voces nunc accentu carent: иже бо нѣсть на вы, по васъ ѿтъ (qui non est adversus vōs, pro vobis est), quarum olim saltem quatuor signabantur: нѣтъ, вы, васъ, ѿтъ.

§. X. Significatus non nisi in paucis tōni sedem determinat. МѢКА, ВОЛНА, ВЕДРО, ПЛАЧЪ, МОЛИ pro sede accentus significatione differunt. МѢКА est supplicium, мѢкѧ vero farina; вѢЛНА lana, sed волнѧ fluctus, вѢДРО serenum, at ведрѢ (melius вѢдрѢ) situla, urna, плачѢ а плакати flere, плачѢ (pro

(pro платѣ) а платѣти solve, моли lineae, pluralis а моль, моли roga, Imperativus а моли́ти.

§. XI. Non est relicendus usus siglae(°), quae камора dicitur. Solebat illa imponi vocibus monosyllabis vocali terminatis. In editione praestantissima Evangeliorum Mosquensi, A. 1606., fol. signantur non solum particulae нѣ verum, кѣ enim, нѣ non, лѣ an, сѣ ecce, verum et Pronomina мѣ ѿмѣс, нѣ ѿмѣс, мѣ et мнѣ mihi, мѣ me, тѣ tu, тѣ tibi, тѣ te, вѣ vos, тѣ ista, тѣ istud, тѣ istos, ктѣ quis, чтѣ quid, внѣ in id, снѣ hi (Dualis), et Numeralia двѣ duo, двѣ duae, трѣ tres, стѣ centum, всѣ omne, всѣ omnes, всѣ omnia; adverbia злѣ male, внѣ foris, здѣ, тѣ hic, гдѣ ubi. Verba бѣ erat, кѣ conjunctivi, стѣ stetit; rarius Nomina: вѣтѣ in tenebris. Excipiuntur voces, quae a vocali incipiunt, quia hae leni et gravi notabantur: ѧ sed, ѥ id, ю eam, ѣ eum, ѥѣ ei (feminae).

In Serbicis libris, imo et in Ostrogiensi Biblicorum editione pro Kamora, qua voces monosyllabae signantur, duplex accentus gravis usurpatur: ѣ eum, нѣ, тѣ, тѣ, сѣ, трѣ, тѣ бѣ, злѣ etc.

Hodie vero Kamora supplet, sive acutum sive gravem accentum ad casus pluralis numeri a similibus in singulari distinguendos: чѣда proles,

бѣк

60 Cap. IV. §. I. Signa contractionum <sup>a</sup> et

брак nuptiarum, сѣа haec, всѣа omnia, рѣзѣ vestes, (a quo Genitivus singularis acuto differt: рѣзѣ a рѣза.) Sic елика, градошаа, оученик etc. Vocabulis о et е Kamoram imponi superfluum est, cum ѡ et є eodem officio fungantur. Luc. 7, 21. in postrema editione Bibliorum legitur: въ той же часъ исцѣли мнози ѡ недѣхъ и ранъ и дѣхъ слыхъ, и многимъ слѣпымъ дарова прозрѣнїе. (Eadem autem hora multos sanavit a morbis et plagis et spiritibus malis, et coecis multis donavit visum.) Vides hic ѡ in vocibus мнози, многимъ idem valere, ac Kamoram in недѣхъ, дѣхъ, слѣпымъ.

## Caput IV.

De scribendi compendius seu Abbreviaturis.

### §. I.

Signorum, notandis contractionibus seu abbreviaturis vocum destinatorum, duo solummodo nominat Smotriskius, ea nimirum, quae frequentius in libris impressis et codicibus manuscriptis occurrunt. Unum тѣтла, quod titulus hic honoris causa imponatur, alterum словотѣтла, quod literam с sub titla comprehendat, vocatur. Alii plura nominant. Paucis ille verbis rem absolvit. »Usurpatur, ait, utrumque contractionis signum

num a calligraphis in nominibus Dei et rebus ad cultum Dei pertinentibus, uti **Г҃ъ**, **Б҃ъ**, **Ѡ҃ъ**, **С҃ъ**, **А҃ъ** с: **ї**, **х**, **с҃ъ**, **Дѣ**, **Чѣ**, **Бѣ**, **Мѣ**, **цр҃ковь**, **Ев҃гліе**, **Сл҃нцѣ** sol justitiae Christus et reliqua. Supposuit nimirum ille nota haec lectoribus suis, qui libellos elementares *Bukvar* dictos manibus versabant. Hi enim seriem plurimarum vocum contractarum alphabetico ordine digestam continere solent. Liceat nobis ex ejusmodi *Bukvar*, Leopoli 1819 impresso, plura depromere, quaedam augendo et illustrando, alia, quae ex aliis facile intelligi possunt, omittendo.

§. II. Sejungendae autem sunt voces sub simplici Titla ~ scriptae ab illis, quibus alia contractionum signa imponi solent. Graecorum morem in plerisque Slavos imitatos fuisse ex ipsa hic subjuncta serie apparebit.

**А҃г҃лаъ** lege **ангел**. At malorum angelorum nomen Matth. 25, 41. **Дѣволъ и аггеломъ** **Егѡ**, sine Titla scribitur.

**Ап҃лаъ** lege **апоптол**. In antiquissimis codicibus sine Slovo sub Titla legitur, nunc sub Slovo titla **Ап҃лаъ**, olim etiam **Ап҃стаъ**.

**Б҃ъ** et **Бѣ** lege **бог**. Sic **Бѣа**, **Бѣ**, **Бѣе**, **Бѣій**. Sed diu gentium sine Titla scribi solent: **кози**, **Бсгѡв**, **Бсгѡм** etc. Deuter. 10, 17. **Б҃ъ** **Бсгѡвѣ**, **Г҃ъ** **госпѣдѣй**, legitur. At in libro Minej



a Serbis Venetiis 1538. fol. edito, hoc discrimen neglectum fuisse video. Legitur enim **Ѣ** **ѢМЪ** и **Ѣ** **ГМЪ**, id est **бог** **вогом** и **господь** **господѣм**.

(a) Etiam in editione Ostrogiensi Psalm. 49, 1. **ѢГЪ** **ѢГОМЪ** pro **ѢГЪ** **БОГѠМЪ** legi observavit b. *Fortunatus Durich* summus Slavophilus. Notavit enim in adversariis suis, edendae Bibliothecae Slavicae causa collectis, mihi que legatis, sequentia: »De Titla. Psalm. **мѢ**: **ѢГЪ** **ѢГОМЪ** **Ѣ** **ГЛА**. Male ponitur supra secundam vocem Titla; melius Armena editio, quae integre scriptam habet vocem, prout etiam Ms. Graec. Biblioth. Caes. Nro. 17. juxta Lambecium».

**БѢА**, alias sub Titla **А**: **БѢА** lege **богородица**.

**БЛЖЕНЪ**, **БЛГЪ**, **БЛГДТЬ**, **БГОБЛГОДАТНШЙ**, lege **блжжен**, **благ**, **благодать**, **богоблагодатный**.

**ВЛДКА**, **ВЛАДЧЦА** lege **владыка**, **владычица**. Sed frequentius cum supra scripto **А**: **ВЛКА**.

**ГѢ**, **ГА**, **ГѠУ**, **ГБИ**, **ГНИ**, et sub Slovo-Titla **ГДЪ**, **ГДНЬ**, lege **господь**, **господа**, **господѣ**, **господѣви**, **господи**, **господень**. Domini terrestres sine Titla scribi solent. Matth. 15, 27. utrumque legitur: **ГДН** de Christo et **господѣй** **своихъ** de aliis dominis. Confer locum e Deuter. 10, 17 sub voce **ѢГЪ** citatum. In Pauli epistolis **господѣ**, **господѣй**, **господѣм** leguntur sine Titla. In postrema tamen editione Petropolitana id neglectum fuit.

**ГНЪ**, frequentius sub Slovo-Titla **ГДНЪ**, lege **господи**.

**ГЛЪ**,

Глѣзъ, глѣю, глѣа, глѣати, lege глаголъ, глаголю, глагола, глаголати.

Дѣдѣзъ, дѣдѣвѣзъ, seu дѣдовъ, lege дѣвѣдъ, дѣвѣдовъ.

Дхѣзъ, дшѣа, lege дхъ, дша. Sed spiritus immundus Matth. 12, 43. atque alibi, sine Titla scribitur: дхъ, дши, дхшѣвѣ.

Дѣа, дѣица seu дѣца, lege дѣва, дѣвица.

Днѣ, днѣсь, lege день, днѣсь. In libris antiquis etiam casus obliqui et pluralis notari solent

Titla: днѣ, дни, днѣе, днѣхъ.

Бѣгѣиѣ, lege евангѣлиѣ. Alias supra v litera г sub Titla poni solet.

Иѣль, Иѣла, Иѣлевѣзъ, lege Израилъ, Израилѣа, Израилѣвѣ.

Иѣ хѣ, Иѣ хѣа, Иѣвѣзъ, lege Исѣсъ хрѣстѣсъ, Исѣ хрѣста, Исѣсовѣ.

Иѣзъ, in recentioribus libris pro Иѣ, lege Исѣсъ.

Мѣю, мѣтва, lege молю, молитѣа.

Мѣсть, мѣсрдѣзъ, lege милость, милосердѣ. Sub Slovo-Titla мѣть.

Мѣртѣзъ, ѿ мѣртѣхъ, lege мертѣ, отъ мертѣхъ, aut sine vocali мртѣ.

Мѣти, мѣтрѣ, мѣтере, lege мати, матерѣ, матерѣ.

Мѣѣа lege марѣа.

Мѣнѣкѣзъ lege мѣченикѣ.

Нѣо, нѣсе, lege небо, небесе.

Нѣзъ, нѣшѣ, lege насъ, нашѣ.

Нѣнѣ, нѣнѣа, lege нынѣ, нынѣа.

Оѣъ, оѣе, rectius quam Smotriskii ѡѣъ, lege отецъ,  
отче.

Сѣъ, сѣль, сѣенникъ, lege сватъ, сватитель, сва-  
щенникъ.

Сѣва, сѣвы, lege слава, славы.

Сѣнце, lege солнце, aut, prorsus sine vocali in pri-  
ma, санце sol.

Сѣрътъ, in antiquissimo codice sine Titla: смрътъ,  
lege смерть aut, prout Serbi et Bohemi pro-  
nunciant, sine vocali смрътъ.

Сѣъ, сѣе, сѣѣ, всѣновленіе, lege сынъ, сыне, сынѣ,  
всынновленіе. Sed Joh. 17, 12. сынъ погы-  
белный sine Titla in plurimis editionibus, po-  
strema tamen excepta, legitur.

Сѣтъ, сѣсти, сѣсеніе, lege спасъ, спасти, спасеніе.

Сѣдце, in antiquo codice sine Titla: сѣръдце, le-  
ge сердце, aut Serborum et Bohemorum more  
срдце sine vocali.

Сѣръсть, frequentius sub Slovo-Titla сѣрътъ, lege  
страсть.

Оуѣтъ, оуѣнкъ, lege оучитель, оученикъ.

Хѣ, Хѣа, Хѣѣ, lege Христосъ, Христа, Христовъ. At Matth.  
24, 24. лжехристи sine Titla. Sub Slovo-Titla,  
Хѣтосъ.

Цѣъ, цѣца, цѣстьвѣе, et sub Slovo-Titla цѣтъво,  
lege царь, царица, царствѣе, царство.

Цѣковь, цѣкъвъ, цѣкъве, lege церковь, церкве.

Чѣкъъ,

ЧЛКЪ, ЧЛВКЪ, ЧЛЦИ, ЧЛЦЕХ, ЧЛЧЕ, ЧЛЧЬ, lege ЧЕЛОВЕКЪ, ЧЕЛОВЕЦИ, ЧЕЛОВЕЦЕХ, ЧЕЛОВЕЧЕ, ЧЕЛОВЕЧЬ.

Adde ѿиѿи sub duplici Titla et lege Инѿс назаранин царь іоудейскый. Мѿ Ѧѿ plane graeca sunt: μῆτις θεῶ.

§. III. Praeter voces in ство desinentes, ut вжѣво, двѣво, чѣво, plures aliae contrahuntur imposito, quas e subnexo indiculo noscere licet:

ЯпЛЪ lege апостолъ.

БЛВИ, БЛВЕНЪ, lege БЛАГОСЛОВИ, БЛАГОСЛОВЕН.

Воскрѣнѣ, воскрѣнїе, lege воскреснѣ, воскресенїе. Sub simplici Titla въскрѣс, lege вкрес.

ГЛЪ in cod. Serbico pro глас; възглѣнт id est възгласитъ.

ГДЪ, ГДѣство, ГДНЪ, ГДНЬ, ГЖА, lege господъ, господѣство, господинъ, господень, госпожа.

Бпѣпъ, епѣпство, lege епѣскопъ, епѣскопство.

Іерлѣмъ, lege Іерусалимъ.

Ѧ in codd. Serbicis, lege Ѧсть seu есть. Sic et нѣ id est нѣсть.

Крѣтъ, крѣтити, крѣтль, lege крестъ, крестити, креститель. Sub simplici Titla крѣщенїе, крѣшлю, lege крещенїе, крещлю.

Млѣтъ, млѣтына, млѣдіе, lege милость, милостына, милосердіе.

Мѣъ, lege мѣсяцъ mensis.

66 Cap. IV. §. III. Voces cum Slovo-Titla<sup>с</sup>.

Нѣхъ, нѣный, lege небесѣхъ, небесный.

Пѣтъ, пѣтый, id est пресвѣтъ, пресвѣтый.

Пѣтолъ, пѣтлъ, lege престолъ.

Пѣнѡ, id est прииснѡ.

Рѣтво, lege рождество.

Сѣен, сѣнїе, lege спасенъ, спасенїе.

Сѣе est среда dies Mercurii, germ. *Mittwoche*.

Стѣтъ, стѣтенъ, lege страсть, страстенъ.

Трѣтъ, lege трисвѣтъ.

Трѣтъ in codd. Serb. pro трѣсть, russ. трѣсть  
arundo.

Хрѣтосъ, хрѣтовъ, хрѣтіанинъ, lege! хрѣтосъ, хрѣ-  
стовъ, хрѣстіанинъ.

Чѣтъ, чѣтый, lege честь, честный.

Чѣтъ, чѣтота, ѡчѣтити, lege чистъ, чистота, ѡчи-  
стити.

Adde днѣ (seu днѣ) pro днѣсь, глѣ pro глас sine  
contractione.

In codd. Serbicis etiam super alias voces<sup>с</sup> po-  
ni solet, quin contrahantur: ѣ, вѣ, вѣкъ, дѣтъ,  
вѣтъ, вѣтъ, id est се, все, всакъ, бытъ, власть,  
Sic чѣ scribitur pro часъ et часа.

§. IV. Ончикъ, seu minutum о sub Titla, non  
solum duae aut tres voces assumunt: пѣрокъ, пѣрокъ,  
id est пѣрокъ, трѣца, трѣчнъ, lege трѣца, трѣ-  
чнъ. In codicibus antiquis о super literam м scribi  
sunt: дм, id est мой, млити, id est молити,

Fre-





cipue vero notandum ꝑ cum Titla, librorum liturgi-  
corum in ѿмкѣ, id est ѿмѧ ꙗек, ubi nomen nomi-  
nandum est, cui Latinorum NN. respondet.

Рѣ cum superscripto ч, legendum est рече; за vero cum superscripto ч est зачало. к seu е, supra posito г, est idem ac кго, его. Vjedi-Titla antiquorum librorum hodie non est in usu. Olim гѣа pro глава, сѣа pro слава, сѣо pro слово, scribebantur, posito nimirum literae в speciali caractere inter Titlam et vocem contrahendam. Sic вѣ ѡ, si sub Titla primae vocis sit в, literae ѡ vero superscriptum sit н, legendum est вѣ время оно, in illo tempore. Pro вторник, четверг, пятък duntaxat primae syllabae втѣ, чтѣ, пѣ, posito к sub Titla; pro соубѣѡта vero соу, superscripto ъ, scribuntur; alia aliter abbreviata reperias.

In antiquissimo *Izbornik*, pro оу, minutum v  
vocibus impositum observare licet. Ex. gr. supra  
м in кѣтомъ, id est кѣтомѣ, supra ѣ in трѣдѣхъ  
id est трѣдѣхѣ, supra х in рѣхъ, id est рѣхѣ.

In libris seculo XVII. impressis lineolis duabus in fine vocum supra adscriptis и exprimitur: нарицаемый pro нарицаемый, тѣ pro тѣй, russ. той; imo et in medio sed longe rarius: оуготовѣта pro оуготовайта.

§. VI. Sicuti Slavo - Graeci, Russi et Serbi cyrillicis literis utentes, Graecos in scribendi compendiis

[illegible][illegible]

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE NATIONAL ARCHIVES

10

17. Aug. 1909

1745 - 57 H. 10 10 10 10

*Handwritten:* 1860

$$Z_0 Z_0(Z) = 1 \quad E_0(Z) = \int_0^1 d\lambda$$

*Compendia e Codic. Cyrill. et Glagol. et ductus e  
libris Serbicus.*

Ѧ, ѦѦѦ, Ѧ, Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ,  
ѦѦ, Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ, Ѧ,  
Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ  
Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ,  
Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ, Ѧ Ѧ.

Ѧ Ѧ, Ѧ, Ѧ, Ѧ Ѧ, Ѧ, Ѧ, Ѧ Ѧ.

Ѧ, Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ, Ѧ, Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ Ѧ.

*in, id, od, odno, bo, po, no, ru, to, tr,*  
ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ; ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ  
*zd, so, svo, svo, chow.*  
ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ. ѦѦ, ѦѦ, ѦѦ.

secuti sunt, ita Slavo-Latini glagoliticos characteres, seculo XIII. inventos, adoptantes non solum Serbicorum et Russicorum, sed et Latinorum codicum abbreviaturas imitati sunt. Excludunt itaque frequenter vocalem inter duas consonantes non solum in vocibus, quas cyrillicorum librorum scribae contrahere solent, uti in ѣ id est *ѣ*, *ѣ* i. e. *господь*, *ѣт* i. e. *глаголет*, *цѣ*, *дѣ* etc. Sed etiam in aliis, uti in *рѣ* pro *рак*, *рѣа* pro *рѣка*, *нѣ* pro *нас*, *нѣ* pro *нам*. Sic etiam contrahunt *анѣ* pro *анка*, recentiori more *anjel* pronunciando pro *angel*. Sic et *мѣк* pro *мѣченик*, *вѣц* pro *вѣнец*, *хѣтел* pro *хреститель*, *исѣд* pro *исповѣд*, *исѣднк* pro *исповѣдник*, *кѣт* pro *кѣдет*, *пѣт* pro *память*, *бѣлѣта* pro *белѣлѣпота*, *сѣтѣдѣство* pro *свѣдѣтельство*. Immo *ѣ* pro *естъ*, *ѣ* pro *иже*, *ѣ* pro *люда*, *ѣ* pro *нашъ*, *ѣ* pro *слово*; qua ratione lectio librorum glagoliticorum longe difficilior reddita est. Difficultatem hanc augent varii nexus et literarum duarum et plurium conjunctiones; quarum bene multas tam in Glagoliticis meis A. 1807 Pragaе editis, quam in auctiori editione Historiae linguae Bohemicae A. 1819 Pragaе impressa, aeri incidi curavi. Hic vero tabula IV. ejusmodi compendia e cyrillicis et glagoliticis codicibus collecta exhibet.

§. VII. Pro lectionis exercitio servire possunt specimina orthographiae, quae e vetustis codicibus



bus descripta hic subjungimus, Evang. Johannis C. I. v. 1—5. e codice Mosquensi quatuor evangeliorum A. 1144 scripto.

1. ИСКОНІ а) БѢШЕ б) СЛОВО. И СЛОВО БѢШЕ ѿ БѢ с). ИѢЗ БѢШЕ СЛОВО.

In principio erat verbum et verbum erat a Deo, et Deus erat verbum,

а) Legunt ИСКОНІ alii. Sed antiqui codices figura ι pro и promiscue utuntur.

б) Pro terno БѢШЕ alii legunt КѢ.

с) ѿ-кѢ, legunt etiam codd. Hankianus, nunc Vindobonensis, et Mosquensis alter A. 1358. At Mosquensis tertius A. 1382 legit КѢБѸ, et pro primo ИСКОНІ jam ВЪНАЧАЛѢ, uti recentiores codd. et editiones.

2. Се d) КѢ ИСКОНІ ѿ БѢ с).

Hoc erat in principio a Deo,

д) Се omnes alii codd. manuscripti et editiones antiquae, quia Се respondet neutri СЛОВО, ut adeo mirer, quid editores posteriores movere potuerit, ut pro Се hoc substituerent Сей hic.

е) Mosqu. tertius pro ѿ БѢ legit hoc loco ВЪКѢЗѢ in Deo. Alii recentiores uti v. 1. КѢ БѸ, editi К БѸ ad Deum.

3. Все f) ТѢМЬ g) БЪІ и БЕЖИГО h) НИЧТОЖЕ i) НЕБЪІ k) КЖЕ l) БЪІ m).

Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est.

f) Mosqu. secundus in plurali ВСѦ ТѢМЬ БЪІША, tertius praemissa conjunctione и, ВСѦ ТѢМЪ БЪІША, Vindob., plane ВСЕ ТѢМЬ БЪІША.

- g) тѣмъ cum ъ in fine omnes antiqui, excepto Mosquensi tertio, qui тѣмъ legit. Idem in бѣша, бѣ pro за usurpat ѡ.
- h) Alii omnes безнего. Mosqu. secundus безнегоже omisso и. Codex Serbicus Kopitarii и безънегоже *et sine quo.*
- i) ничтоже omnes alii.
- k) Vindob. небысть, Mosqu. secundus небы postposito ничтоже. Mosqu. tertius бы omisso negatione не, uti codices recentiores et editiones, neglecta syntaxi slavica.
- l) Mosqu. secundus еже pro же antiquorum codicum.
- m) Videtur hic, et antea bis, Slovo-Titla omisso, cum alii бѣ legant. Notandum, sequentis versiculi voces вътомъ животъ бѣ in Vindobonensi et Mosqu. secundo conjungi cum versu priori.

4. Вътомъ n) животъ o) бѣ. и животъ p) бѣ свѣтъ члкомъ q).

In ipso vita erat, et vita erat lux hominum.

- n) вътомъ cum ъ leni in fine omnes, excepto Mosqu. tertio, quem jam recentiores codd. et editiones sequuntur.
- o) Про животъ vitio scribae жи lineam quintam claudit et тъ sextam inchoat, omisso во. In Mosquensi secundo sequens бѣ deest.
- p) животъ omnes alii. Mosqu. secundus животъже бѣ и свѣтъ.
- q) члкомъ Mosqu. tertius, Vindob. члвкомъ. Mosqu. secundus члвкмъ, pro чловѣкѡмъ.

5. Исвѣтъ вътъмѣ r) свѣтитъ s) итъма t) кго u) непостиже x).

Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.

- r) Vindob. вотьмѣ, Mosqu. secundus et tertius вотмѣ.

72 Cap. IV. §. VII. Specimen Orthographiae.

- з) Vindob. СВѢТИТЬСЯ; igitur in utroque antiquissimo  
ь pro ѣ et i pro и. Mosqu. tertius СВѢТИТЬСЯ.  
Mosqu. secundus plane да СВѢТИТСЯ.  
т) Alii тма tenebrae.  
и) кго etiam alii. Mosqu. autem secundus его, uti re-  
centiores codd. et editiones, exceptis Serbicus.  
х) НЕПОСТИЖЕ non comprehendit. Sic etiam Vindob.  
At Mosqu. secundus legit НЕОБАТЪ, Mosqu. tertius  
НЕОБЪПАТЪ.

Addamus sextum et septimum versiculum e  
Vindobonensi codice, et conferamus eos cum co-  
dice Serbico Кор. longe recentiori.

6. БѢИ ЧЛВКЪ ПОСЛАНЪ ѿ БѢИМА КМОУ ИВАНЪУ).

Fuit homo missus a Deo, nomen ei Jo-  
hannes.

- у) Codex Serbicus члкъ про чловѣкъ, име про има  
et IВАННЬ.

7. СѢ ПРИДЕ ВЪ СВѢДѢТЕЛЬСТВО. да СВѢДѢ-  
ТЕЛЬСТВОУЕТЪ о СВѢТѢ да вси вѣроу имоутъ имъ з).

Hic venit in testimonium, ut testaretur de  
lumine, ut omnes crederent per illum.

- з) Codex Serbicus, uti editi прїиде venit; СВѢДѢ-  
ТЕЛСТВО testimonium, СВѢДѢТЕЛСТВОУЕТЪ testare-  
tur, ѿ uti editi pro о de; sed емъ ei, editi vitiose pro  
имъ per eum, дї' аутѣ.

Specimen alterum, Joh. X. 9—16. e codice  
Vindobonensi.

- 9) ЯЗЪ КСМЪ ДВЕРЬ. а) мною аще кто вѣзни-  
детъ спсется. и вѣзидеть изидеть б) и пажить  
обращаетъ с).

Ego

Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, et ingreditur et egredietur, et pascua inveniet.

- a) Alii **ДВЕРЬ** janua, ostium.
- b) Melius alii **и ИЗЫДЕТЪ**.
- c) Cod. Serbicus **ОБРАЩЕТЕСЯ**, editi **ОБРАЩЕТЕСЯ**.

10. **ТАТЬ** d) **НЕПРИХОДИТЬ** **НЪ** e) **ДА ОУКРАДЕТЬ** и **ОУБИТЬ** и **ПОГООУБИТЬ**. **АЗЪ ПРИДОХЪ** f) **ДА ЖИВОТЪ** **ИМОУТЬ** и **БОЛЬ** g) **ИМОУТЬ**.

Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet et perdat: ego veni, ut vitam habeant et abundantius habeant.

- d) Alias idem recte **ТАТЬ**, non **ТАТЬ**.
- e) Pro **НЪ** alii **РАЗВѢ** praeter, nisi.
- f) Alii **ПРИДОХЪ**.
- g) **БОЛЬ** pro **БОЛЕ**, alii **ЛИШЬШЕ**.

11. **ЯЗЪ** **КЕМЪ** **ПАСТЫРЬ** **ДОБРЫИ**. и h) **ДШЮ** **СВОЮ** **ПОЛАГАЮ** i) **ЗА** **ОВЬЦА** k).

Ego sum pastor bonus et animam meam pro pro ovibus.

- h) Pro и cum aliis legendum est **ПАСТЫРЬ** **ДОБРЫИ**.
- i) **ПОЛАГАЮТ** in tertia persona alii; Serbicus codex, quamvis **ПАСТЫРЬ** **ДОБРЫИ** legat, tamen primam personam **ПОЛАГАЮ** retinuit.
- k) Cod. Serb. **ОВЦЪ**, sed editiones antiquae **ОВЦА**, recentiores **ОВЦЫ**, quae inflexio non Slavica sed Russica est.

12. **Я** **НАИМНИКЪ** l) **ИЖЕ** **НѢСТЬ** **ПАСТЫРЬ**. **КМОУЖЕ** **НЕСОУТЬ** m) **ОВЬЦА** **СВОЯ**. **ВИДИТЬ** **ВЪЛКА** n)

**ИДОУЩА**

и доуца о), и штаваакть швьца и бѣгаакть. и  
взакъ расхътиакть п р) и распоудить қ) швьца.

Mercenarius autem, qui non est pastor, cu-  
jus non sunt oves propriae, videt lupum venien-  
tem et relinquit oves et fugit, et lupus diripit eas  
et dispergit oves.

l) Editi наемникъ, каі gracci textus ante иже non le-  
git Slavus.

m) нѣсоуть editi quidam et Cod. Serb. hoc loco, alibi  
несоуть.

n) Alii волка, et infra волкъ. Cod. Serb. вьлка et  
вьлкъ neglecto, ut solet, discrimine inter ѡ et ѡ.

o) градоуца editi, гредоуца Cod. Serb.

p) расхътити к Cod. Serb. расхититѡ их editi.

q) распоудить scribendum erat.

13. Я наемникъ г) бѣжить. ꙗко наемникъ  
къ. и не радить ѡ овцахъ s).

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius  
est, et non curat de ovibus.

г) наемникъ et наемникъ. Cod. Serb.

ѕ) овцахъ alii.

14. Язъ ксѣмь t) пастырь добрый. и знаю  
моѡ. и знаютъ ма моѡ u),

Ego sum pastor bonus et cognosco meas, et  
cognoscunt me meae.

t) Alii ксѣмь. Cod. Serb. subinde ксѣмь.

u) Cod. Serb. ме, моѡ про ма, моѡ.

15. ꙗкоже знакъ ма шїѡ. и азъ знаю шїѡ  
и дшю мою х) полагаю за швьца.



Sicut novit me pater et ego agnosco patrem, et animam meam pono pro ovibus.

1) свою. Cod. Serb. convenienter syntaxi slavicae,

16. ИҢѢ у) ѡвѣца имамъ. ꙗже не соутъ ѡ двора сего и тѣ з) ми подобакъ привести. и гла мон оуслышеть аа), и боудеть кдино стадо. и кдинъ пастѣрь.

Alias oves habeo, quae non sunt ex ovili hoc, et illas me oportet adducere, et vocem meam audient, et fiet unus grex et unus pastor,

у) и инѣ editi; инѣ Cod. Serb. про инѣ.

з) тѣа editi, тѣик. Cod. Serb.

аа) оуслышеть Cod. Serb. neglecto, ut saepe, discrimine inter тѣ et и.

Specimen tertium Joh. X, 1—3. e codice Ruthenico (potius Serbico) Bibliothecae

Vaticanae.

1. Яминъ яминъ глаю вамъ. не въхоу а) дверми въ дворъ ѡвчѣи. нь прѣлазеи б) иноудѣ с) татѣ d) ксть и разбойникъ.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed transcendit aliunde, fur est et latro.

а) не въхоу editi,

б) прѣлазѣ Cod. Serb. Копитаріи, прѣлаза editi.

с) иноуда Cod. Serb. Копитаріи.

д) тѣтъ Cod. Копитаріи, (cf. вѣинъ про бойнъ cod. Hankiani). Ante татѣ addunt editi той, cum in graeco ἐκεῖνος legatur.

Cap. IV. §. VII. Specimen Orthographiae.

2. Я въхо<sup>д</sup>ен д<sup>в</sup>ерми, пастирь е) ѿ ѡвца<sup>м</sup>.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

е) пастырь editi. Serbici codices negligunt saepe et confundunt discrimen inter ѡ et и.

3. Оемоу д<sup>в</sup>ерникъ ѡвръзаетъ ф) и ѡвце гласъ кго слышать г). и свок ѡвце глашаетъ по и<sup>м</sup>ени и изгонитъ к h).

Huic ostiarius aperit, et oves vocem ejus audiunt, et suas oves vocat nominatim et educit eas.

ф) ѡвръзаетъ editi.

иже quia, quod, non est slavica conjunctio, sed polonica, in parva Russia usitata. In libris, quos olim in Polonia russica translato puto, saepe particula haec pro такъ occurrit. Vide in editione Ostrogiensi 2 Par. 7, 22. cap. 13, 18. cap. 26, 23. cap. 28, 6. cap. 32, 2. cap. 34, 21. Nehem. 4, 1. et cap. 6, 16. et confer marginem Mosquensis an. 1663, in quo такъ ab editoribus appositum fuit ceu emendatio lectio pro иже, quod textus antiquus his in locis exhibet. Citatis versibus etiam correctior editio такъ legit, duobus tamen exceptis, in quibus pro иже seu pro такъ marginis Егда et ПОНЕЖЕ substituta sunt.

§. 105. Juverit simplices Conjunctiones exemplis illustrare,

**а** sed, autem: а село, есть мир - а плебелы - а враг-  
а жатва - а жатели, Matth. 13, 38. 39. ὁ δὲ ἀ-  
γρὸς, ager autem, est mundus - zízania vero -  
inimicus autem - messis vero - messorum autem.  
а еже живет quod autem vivit, ὁ δὲ ζῇ Rom. 6,  
10. Hinc а аз in antiquo codice pro аз же,  
а богатый pro богатый же, а мытарь Luc. 18,  
13. in Evangeliiis а Mardario monacho editis,  
pro мытарь же, καὶ ὁ τελώνης, publicanus autem.

**и** et, etiam: день и нош die ac nocte; и аз и прии-  
дѣ к вам vado et veniam ad vos; и бо и пси  
мѣдѣ nam et catelli (canes) edunt. аще и и аз,  
etsi, etiam si.

**бо**: что бо quid enim, кто бо quis enim, не бо non  
enim, кѣва бо vix enim, вси бо omnes enim,  
мнози бо multi enim, аще бо si enim, еже бо  
оумре quod autem mortuus est, ὁ γὰρ ἀπέθανε.  
не оу бо можете 1 Cor. 3, 2. nondum enim  
(οὐπω γὰρ) poteratis, correcta nunc ико не оу  
nam nondum -, cum editiones quaedam оубо  
pro оу бо male legerent.

**бы** Conjunctionibus adnumerari solet, at certe бы  
nil aliud est, quam syllaba radicalis nuda Verbi  
быти, adeoque forma sua Praeteritum sim-  
plex et quidem Optativi, quod Latinorum  
esset, Germanorum *wäre* ita respondet, uti  
Praeteritum Indicativi *est* latino erat, et  
germ.

germ. *war*. Hinc et personalium suffixorum *х, хом, сте, ша* capax est, et qua auxiliare ad formandum aliorum Verborum Optativum adhibetur, uti supra §. 85. docuimus. Coniungi solet cum particula *да* ut: *ѣкѡ дабы прешел* ὡς μεταβῆ, ut transiret, *дабы былъ снѣмъ* ἵνα ᾗ μετ' αὐτοῦ, ut esset cum illo, *дабы пребылъ оу нихъ* ut maneret apud ipsos. Negatio *не* particulae *бы* praefixa nunc separatim scribitur: *и небы даа подкопати домъ свой* et non sineret perfodi domum, *да небы ѡшелъ ѡ нихъ* ne discederet ab eis.

*нѣ* seu *но* (in Mss. et in Evangeliiis Mardarii etiam *ноу*) verum, sed: *и небыданъ небыренъ, но быренъ* et noli esse incredulus, sed (ἀλλὰ) fidelis. *нѣтъ бѣ, бѣ мертвыхъ, но бѣ живыхъ* non est Deus Deus mortuorum, sed viventium; *азъ потрасѣ не токѡмъ землею, но и небомъ* ego movebo (concutiam) non solum terram, sed et coelum Hebr. 12, 26. *не точію празды, но и блады* non solum otiosae, sed verbosae (nugaces). *не азъ точію, но и вси* non ego solus (μόνος), sed et omnes 2 Joh. 1, 1.

*ни* quatenus absolute negat, est Adverbium, at quatenus coniungit non solum voces singulas, sed et integra membra periodi, est Coniunctio: *ѣкѡ ни смръть, ни животъ, ни агѣли, ни на-*

чала

чала, ниже силы, ни настоящаа, ни градыща, ни высота, ни глубина, ни ина тварь каа возможет нас разлучити etc. Rom. 8, 38. 39. quia neque mors (ὅτε οὐτε) neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. ни бо аз ѿ члвѣка прѣях є, ниже наѣчиха Gal. 1, 12. neque enim ego accepi illud, neque didici. но ниже еше можете нынѣ (olim ни), ἀλλ' οὐτε νῦν 1 Cor. 3, 2., sed nec nunc quidem adhuc potestis. добро не ꙗсти мѧс, ниже ꙗсти вина Rom. 14, 21., bonum (est) carnes non edere, neque bibere vinum. не оу ли чѣете, ниже разѣмѣете Marc. 8, 17. nondum cognoscitis (sentitis), nec (οὐδε) intelligitis?

ли particula Interrogationi serviens: Luc. 24, 11. имате ли что снѣданоздѣ; habetis aliquid esculentum hic? достоин ли кинсон кесареви дати или ни; дамы ли, или не дамы; Marc. 12, 4. licet (ne) census Caesari dare; dabimus (ne) annon dabimus? ни ли семь neque septem? единаче ли и вы без разѣма есте; не оу ли разѣмѣваете, ꙗкѡ - Matth. 15, 16. 17. adhuc (ἀκριν) et vos sine intellectu estis? nondum intelligitis quia — еше ли adhuc (ἔτι)?

НЕ ТЫ ЛИ ПОПНЕ tu? НЕ ВЫ ЛИ ПОПНЕ vos? или  
 ex и et ли compositum est: иже поставит дом,  
 или братію, или сестры, или оца, или мать,  
 или жену, или чада, или села Matth. 19, 29.  
 qui reliquerit domum aut fratres aut sorores  
 aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut libe-  
 ros, aut agros. аще же брат или (Ms. ли) сестра  
 наги вѣдут (olim нага вѣдѣта) Jac. 2, 15. si au-  
 tem frater aut soror nudi sint. либо aut enim,  
 ex ли et бо, нели ex нег et ли coaliuit. Sic ли  
 et cum неже frequentius conjungi solet: паче-  
 нежели magis quam. Si аще praecedat, per ли  
 graecum δε exprimitur: аще ли ἐάν δε, εἰ δε,  
 quodsi, si autem. His et же saepe subjungitur:  
 аще ли же.

Да qua formativa Optativi: да вѣдет воля твоя  
 fiat voluntas tua, воли же ѿ вас, да вѣдет вам  
 слуга, qui major est vestrum, sit minister  
 vester; да не вѣдет absit. Vide supra p. 378.  
 2) qua subjunctiva particula ut, ἵνα: рци да  
 сѣдѣта сѣа оба сына моя, dic ut sedeant hi  
 duo filii mei. что хощета да сотворю вамъ,  
 quid vultis ut faciam vobis (ποιήσω sine ἵνα),  
 глаголаста емѣ, гдѣи, да ѿверзѣтсѣ очи на-  
 ши (Ostrog. да ѿверзѣтасѣ очи наю) Matth.  
 20, 32. 33. 3) qua disjunctiva et copulativa  
 particula δε, et, autem: да дѣвѣтъ гдѣ; et no-  
 vem



venit ubi? οἱ δὲ ἐννεα πᾶ Luc. 17, 17. да кто  
 есть ближній мой καὶ τις - Luc. 10, 29. habet  
 Mardarii editio pro и кто etc. Luc. 17, 17.  
 olim да также ὡς ἔν, ut ergo, pro егда же (рече  
 им). Act. 11, 17. да аще οὐκ (εἰ ἔν) olim, nunc  
 да rejecto: аще οὐκο. такъ да respondet graeco  
 ὅπως: такъ да просвѣтитца свѣтъ ваш предъ  
 члвѣки, такъ да видятъ ваша добрая дѣла  
 Matth. 5, 16. sic luceat lux vestra coram ho-  
 minibus, ut videant opera vestra bona. Sub-  
 inde et такъ да pro ἵνα: сѣи такъ да каменіе  
 сѣе хлѣбы бѣдѣт (in correcta nunc такъ deest)  
 Matth. 4, 3. dic ut lapides isti panes fiant.  
 да не μὴ, ne: да не мните Matth. 5, 17. μὴ  
 νομίσητε, nolite putare; ubi in correcta (да)  
 parenthesibus inclusum est. Alibi enim formu-  
 la haec Imperativo exprimitur: не мните ne  
 existimate. да бы vide supra sub кы.

то qua illativa particula connectit membrum se-  
 quens cum praecedente conditione: аще ли  
 же ни, то просядѣтца мѣси Matth. 9, 17.  
 alioquin (εἰ δὲ μὴ γε) rumpuntur utres. аще-  
 ли начатокъ сѣ, то и примѣшеніе: и аще ко-  
 рень сѣ, то и вѣтви Rom. 11, 16 quod si  
 primitiae sanctae, etiam massa, et si radix  
 sancta, etiam rami. Convenit itaque то prorsus  
 cum germ. so. Respondet etiam graeco ἀλλὰ

Rom.

Rom. 6, 5. Initio vero periodi graeco καὶ: το κτο может спасен быти Luc. 18, 26. et quis (καὶ τίς) potest salvus fieri? Olim in Mss. et Luc. 19, 23. το ποχτο καὶ διὰ τί, et quare (quare igitur), nunc in editis и ποχто. το αψε in antiquo Apostolo pro αψε λι εἰ δὲ, etsi, quodsi.

же δε, autem: аз же, ты же, он же, они же, ego autem, tu autem, ille autem, illi autem. αψε же εἰαν δε, quodsi. Inde et ниже οὐδε, neque. Post ниже non solet poni же: sed potius а ante ниже: а ниже ὅδε, qui autem. Alias же vocibus affixum est aut relativum aut emphaticum Vide pronomina et Adverbia.

οὐβο seu οὐκω, quamvis а бо differat, tamen ex οу et бо compositum esse possit. 1 Cor 9, 2. legunt editiones N. T. αψε οὐκω иным (olim инѣм) нѣсмь апл, но οὐκω вам есмь, si alius non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Primo οὐκω in graeco nihil, alteri οὐκω particula γε (ἀλλά γε) respondet. In postrema editione Biblicorum correcta deleta utroque οὐκω, pro primo substitutum fuit и ante нѣсмь, pro secundo vero обаче. Ibidem v. 16. graeco εἰαν γαρ respondet αψε бо, v. 17. graeco εἰ γὰρ αψε ὕβω, v. 18. graeco τίς οὐ καα ὕβο, v. 24. graeco πάντες μεν βн ὕβω.

**ЛЮБО**, а **ЛЮБ** carus, quasi dicas, lubet, si malis; ter in Evangeliiis legitur про или: **ЛЮБОЕДИНАГО** (melius divisim **ЛЮБО** **ЕДИНАГО**) **ВОЗЛЮБИТ** а **ДРУГАГО** **ВОЗНЕНАВИДИТ** Matth. 6, 24. et rectius Lucae 16, 13. **ЛЮБОЕДИНАГО** **ВОЗНЕНАВИДИТ**, aut enim (ἢ γὰρ) unum odiet et alterum diligit. Luc. 12, 38. **ЛЮБО** в третію стражѣ прїидетъ et si (καὶ) in tertia vigilia venerit. Recte hic sensum particulae καὶ reddidit antiquus interpres, cum vigilia secunda praecedat. In Bibliis correctis nunc и pro **ЛЮБО** legitur. In antiquo Apostolo etiam aliis in locis **ЛЮБО** pro **АЩЕ** и reperi.

Non miror editiones russicas omnes Matth. 6, 24. **ВОЗЛЮБИТ** primo loco contra ordinem graeci textus exhibere, cum et Cod. Serb. Кор. eodem contextu legat: **ЛЮБО** (про **ЛЮБО**) **ЕДИНАГО** **ВОЗЛЮБИТ**. Rectum ordinem aut restituit aut servavit Mardarius in editione sua A. 1562, mutato tamen **ЛЮБО** in **ИЛИ****БО**: **ИЛИ****БО** **ЕДИНАГО** **ВОЗНЕНАВИДИТ** а **ДРУГАГО** **ВОЗЛЮБИТ**. At Luc. 16, 13. Mardarius legit **ЛЮБО** et Luc. 12. 38. **ИЛИ** про **ЛЮБО**. Cod. Кор. Luc. 16, 13. servavit **ЛЮБО**; et Luc. 12, 38. **ЛЮБО** his posuit: **ЛЮБО** в **ВТОРУЮ** **ЛЮБО** в **ТРЕТІЮ** **СТРАЖѢ**. Cum **ЛЮБО** utique conferendum est Polonicum lub, lubo.

**АЩЕ** si: и **АЩЕ** прїидетъ в **ВТОРУЮ** **СТРАЖѢ** et si (καὶ εἰ) venerit in secunda vigilia, **АЩЕ** бы вѣдал si sciret. **АЩЕ** же око твое, quod si (εἰ δὲ) oculus tuus; **АЩЕ** какъ возмогът - si quo modo

(εἴπως) possent; аще ли, εἰ δὲ, si autem, quod si; аще ли не ᾤψατε si autem non (εἰ δὲ μὴ) remiseritis. и аще оубо бѣдет дом достоин - et si quidem (καὶ εἰ μὲν) fuerit domus digna Matth. 10, 13. аще ли же не бѣдет достоин - si autem (εἰ δὲ μὴ) non fuerit digna. аще ли же ни, ῥεκα βωχ вам Joh. 14, 2. si, quominus (εἰ δὲ μὴ), dixissem vobis. вса ὅσα εлика аще хощете, omnia ergo quaecunque (ὅσα ἂν) vultis. иже аще разорит qui ergo (ὅς εἰ μὴ) solverit; ижебо аще оубо оубиет qui autem (ὅς δ' ἂν) occiderit; вонъже аще дом внидете in quamcumque (εἰς ἣν δ' ἂν) domum intraveritis; и емѣже аще хощет сн̄ ѿкрыти et cui (καὶ ὃς εἰ μὴ) voluerit filius revelare (detegere) Luc. 10, 22. Vides jam quam serviliter exemplaria graeca exprimere conatus sit interpres, qui Coniunctivum, quo lingua slavica caret, particula аще supplere voluit.

Adverbiis quibusque et aliis formulis Coniunctiones suppleri, jam monuimus. Frequentioris usus sunt тѣмже διὸ, propter quod, propterea, ὥστε itaque, ergo, тѣмже оубо ἄρα ἔν itaque, igitur, сего ради διὰ τῆτο, propterea, такожде ὁμοίως similiter, такоже - такω, sicut - ita.

## C a p u t XI.

## De Interjectionibus.

## §. 106.

Interjectiones exprimendis animi affectibus serviunt, constantque sonis admodum simplicibus, qui forma sua ab aliis particulis non differunt. Tales sunt:

- 1) а, ѡ, (ѡѡѡ), оу, фе, ка, на, нѣ, се, га, гѡ, ха (ха ха ха).
- 2) аѣ, ѡй, оуа, оубы, ѡле, ѡтѡ, аг, ах, ѡх, вот Russ., ваг, цитѣ, гей, гой.

Ex his оубы, ѡле, ѡтѡ certe composita sunt. Accenseri solent Interjectionibus et Substantiva бѣда, горе, Adverbia благо, благоже, коль, тко, item particula Coniunctivi formativa кы: ѡ бы, ѡ дабы, Pronomen что, immo et Imperativi зри, слыши, et formula даждь то бог. Maximow, praeter вот, ex ore vulgi sumtos sonos ась, сы, цы, цѣ recitat. Mallet affirmativam particulam ей (кѣ) ita huc referre. на, entibi, non nisi Maximow habet, quod tamen omnes Slavi norunt. In plurali etiam нате en vobis. ваг apud Meletium est latinum Vah, pro quo Maximow scripsit ѡа, quod et Mrazovichio placuit. Hic etiam in gratiam Serborum scribere maluit ха pro га, хѣй pro гѣй,



et хой pro гой, innuere volens pronuncianda esse, uti ha, hej, hoj.

Meletius pro vario affectu Interjectiones dispescuit in viginti duas classes, eumque alii secuti sunt. Est itaque apud eum vox 1 Admirantis: се, 2 Obstupescentis: ѡ, ѡко. Rimnicensis editio addit ѡле, Maximow adhuc коль. 3 Laudantis: бѣгѡже, бѣгѡже. 4 Demonstrantis: се, сеѡн, сеи, сеѡ, зри. Rimn. pro fem. сеи habet masc. сеиъ ecce hic, Maximow addit vulgare вот. 5 Improperantis: ваг, оуѡ. Rimn. addit оуа, ау. Maximow substituit: уа, аѡ, ѡ, вот, на. 6 Dolentis: аг, ах, а. 7 Flentis: ѡх, ѡѡѡ. 8 Lamentantis: ѡ, оубѡ, горе. Max. addit ах. 9 Exclamantis: ѡ. 10 Contemnentis: гѡ. 11 Abhorrentis: фѣ. 12 Compellentis: нѡ. 13 Gaudentis: гой. Max. addit бѣгѡ ми. 14 Miserantis: бѣда. 15 Optantis: ѡ, ѡбѡм, дажда то бже. Rimn. et Max. ѡ бѡ, ѡ да бѡ pro ѡбѡм. 16 Ridentis: ха ха ха. 17 Silentium imperantis: цыть. Max. et цѡ. 18 Timentis: ѡй, ѡй. 19 Vocantis: гѡй, Max. praemittit слыши audi, et addit сѡ, цѡ. 20 Revocantis: га, чѡѡ. Rimn. et Max. addunt а, аѡ, et scribunt что. 21 Terrentis: се, ѡѡѡ. Rimn. et Max. addunt вот ecce. 22 Subito irruentis: заѡѡ. Rimn. заѡѡ, се заѡѡ. Maximow praeterea addit Russica вот тѡт, тѡт тѡт, quibus priora explicat. Sed et заѡѡ, hic, Russicum est, ex заѡ ortum, apposito in fine сѡ demonstrativo.

Quae de accentu Interjectionis ѡ monet Meletius Smotriski, nimirum ѡ Exclamationis notari debere circumflexo (ѡ), ѡ admirationis acuto (ѡ), et ѡ lamenti gravi (ѡ), nimis subtilia sunt.

§. 107. Videamus jam, quibus vocibus interpretes reddiderint Interjectiones graecas in scriptura sacra obvias.

αὐ αὐ κυριε μου, κύριε Jud. 6, 22. оубы мнѣ гдѣи рдѣи, ꙗкѡ видѣх-, in Ostrogiensi ѿ гн гн сего ли (lege ли) ради видѣх.

οὐαὶ, vah, Marc. 15, 29. сѹа.

οὐαὶ ὑμῖν vae vobis, Luc. 6, 25.26. atque alibi saepius горе вам.

οἶμοι Job. 10, 15. лютѣ мнѣ; Mich. 7, 1. оу лютѣ мнѣ; Jer. 4, 31. et 15, 10. горе мнѣ, at ibid. 45, 3. οἶμοι οἶμοι оу лютѣ мнѣ, оу лютѣ мнѣ. Ezech. 9, 8. οἶμοι, Vulg. heu, heu, heu, горе (горе), ѡ лютѣ мнѣ, in Ostrog. bis горе, sine parenthesi. Ibid. 11, 13. οἶμοι οἶμοι, Vulg. heu, heu, heu, горе мнѣ, лютѣ мнѣ, in Ostrog. bis лютѣ мнѣ.

ἄγε Jac. 4, 13. ecce, age, волѣ in Mss. antiquis, слышите in editis; Jac. 5, 1. iterum волѣ, in editis vero прїидѣте olim, nunc прїидите.

ἰδὲ, ecce, се, quod est neutrum pronominis demonstrativi съ hic. Luc. 17, 21. ἰδὲ ὧδε, ἢ ἰδὲ ἐκεῖ. ἰδὲ γαρ - се здѣ или се ондѣ, се-ко - ita Mss, et editio Mardarii, immo et Ostrogiensis. At in Evangeliiario Mosquensi An. 1606 се post или deest, uti in posterioribus editionibus.

ὁφελον utinam, 2 Cor. 11, 1. ѡ да бѣште малѡ потерпѣли беззѣмїю моемѹ; Ostrogiensis: аще бѣште прїали малое беззѣмїе мое. Antiquus Apostolus не да (pro нѣ да); Cod. Belgrad. хотѣх да. Et Galat. 5, 12. ὁφελον καὶ ἀποκόψονται - ѡ да бѣ  
ѡсѣ-

ѡсѣчени бѣли, Ostrog. дабѣ sine ѡ, antiquus Apostolus не да и да, Cod. Belgr. хотѣх и да. Psalm. 118, 5. ὄφελον καθευδυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, да бѣ исправилася пѣтѣ мои, Ostrog. еда исправилася бѣша п. м., sic et Psalt. Ven. кда про дабѣ. Videturque еда hoc loco ex не да (i. e. нѣ да) ortum. Qui libros Regum (vix ante seculum XV.) vertit, sensum Interjectionis ὄφελον non est assecutus. Vertit enim полезно бѣ господинѣ [моемѣ] было, melius utique correctores Mosquenses ѡ да бѣ господин мой бѣл,

### Appendix de Compositis.

§. 108. De Compositis, quorum pars posterior per Praepositiones et Adverbia determinatur, supra jam pluribus actum est. Nunc de compositis ex aliis orationis partibus pauca subjungenda sunt. Slavis et olim, antequam Graecorum libros in linguam suam transfunderent, composita vocabula omnino non defuisse, ex plerisque nominibus propriis personarum et locorum satis elucet. Talia sunt драгомир, свѣтослав, свѣтопак, свѣтовит, болеслав, владимир, растислав, адѣмила, новоград, бѣлоград (Serb. nunc београд), велеград in Moravia etc. Vocabula alia, uti

МЕДВѢД *ursus*, КОЗОДОЙ *caprimulgus*, БОЕВОДА, ВИННО-  
 ГРАД, ВЕРТОГРАД, МИЛОСЕРД *misericors*, ЛѢТОРАСЛЬ,  
 БѢЛОГЛАВЫЙ, ЧЕРНООКЫЙ et similia, non admodum  
 multa sunt, quae quidem etiam in dialectis vulga-  
 ribus usitata sint. Ingens autem compositorum  
 copia, quorum partem aliquam e libris ecclesia-  
 sticis Petrus Alexjejev collegit, non aliunde orta  
 est, quam ab exemplarium graecorum per plura  
 secula continuata imitatione. Qua in re recentio-  
 res interpretes subinde justos limites transgres-  
 sos fuisse, facile concesserim. Ο'πωροφυλάκιον *Psal.*  
 78, 2. antiquus interpret recte reddiderat *овощное*  
*хранилище*, *Vulg.* pomorum custodiam. Hac cir-  
 cumscriptione genio linguae slavicae prorsus con-  
 formi, quae non solum in Veneto a Serbis edito  
*Psalterio*, sed etiam in Ostrogiensi et Mosquensi  
 prima Bibliorum editione, immo et in *Psalterio*  
 una cum Novo Testamento Kioviae 1732 in 4. legi-  
 tur, Correctores Mosquenses non contenti malue-  
 runt vocem *овощехранилище*, quae graeco genio  
 penitus respondeat, efformare, et correctis Bibliis  
 inserere. *Hebr.* 2, 17. pro ἀρχιερεὺς *Apostolus* an-  
 tiquus voce СВАТИТЕЛЬ (сбѣль) usus est, at editio-  
 nes nunc omnes *первосвященник* legunt. *Rom.* 15,  
 16. ἱεραρχεύετε in eodem Ms. Serbico *Apostolum*  
 continente simplici *сдѣжущѣ*, in editis composita  
 voce *сѣжнотѣйствѣющѣ* expressa est. Vice versa

Rom. 11, 17. oleaster, ἀγριέλαιος, in Ms. est ενεργηνο-  
μασανна, in editis vero ἀνεΐα маслина. Alias in hoc  
Ms. saepius simplicia vocabula pro compositis le-  
guntur, uti годѣ pro благогоднѡ, говѣаніе pro  
благоговѣиство Hebr. 5, 7. εὐλάβεια, Vulg. reve-  
rentia; хвалю et хвалѣ имам pro благодарю, хба-  
ла pro благодареніе gratiarum actio. Sed in his ipsi  
manuscripti codices differunt. Belgradensis Cod.  
longe recentior vocem graecam φιλοσοφία, quam  
habet antiquus Apostolus, editique servarunt, com-  
posito vocabulo любомѣдріе transtulit, graeco ge-  
nio convenienter quidem, sed non slavico. Melius  
certe 1 Tim. 3, 4. φιλόθεοι composito боголюбци,  
1 Pet. 3, 8. φιλάδελφοι братолюбци, φιλόφρονες мѣ-  
дролубци, Tit. 3, 4. φιλανθρωпіа чѣколюбіе reddita  
sunt. His tamen conatibus per plura secula con-  
tinuatis factum est, ut millenis vocibus lingua  
slavica augeretur.

Aptissima compositioni sunt Adverbia seu Ad-  
jectiva in genere neutro. Sic благо, добро, non  
raro et οὐδοκο respondent graeco εὖ in composi-  
tis: благовѣстити evangelizare, благовѣстник  
evangelista, благодѣлѣти, благословити; οὐδοко-  
вѣрнѡ εὐπειρος etc. малоудшнѡ μικρόψυχος, мно-  
гоглаголнѡ πολύγλωττος, многомилостив πολυέλεος,  
многосвѣтлѡ πολύφωτος, противоглаголати, про-  
тивовѣщати, долготерпѣніе μακροθυμία, смире-  
номѣ-



номѣдріе ταπεινοφροσύνη, humilitas, животворити vivificare etc.

Neque minus apta sunt Numeralia et Pronomina Adjectiva ad constituendam primam compositi partem, si Adverbii formam induant: кѣинослабный ὁμόδοξος, кѣиноборецъ μονομαχος, кѣиносѣщный ὁμόσσιος, кѣинорог et contracte инорог μονόκερος, кѣиночадый, кѣинородный unigenitus; двоенадесятица, двоеслов δυολόγος, contracte дво: двословный, двомзъщный, et двѣ: двѣстолпѣ, двѣсотный. троегласный et трегласный, et трисолнечный τρισήλιος, трисвѣтый τριάγιος; четвероног quadrupes, (in Cod. Serb. четврѣног, четврѣднебен et четврѣднебен), четвридесятица; пѣтокнижїе, шестокрилатый, шестоднев, шестодневецъ, седмочисленный (лик), осмогласник ὀκτώηχος, десятотысящная часть decies millesima pars. At полцарствїе, полвременїе, полнощница. все Adjectivis praefigi solet: всеилен παντοδύναμος, всеслабный, πανεύκλεος, всеблаженный, всепѣтый, всеблагый πανάγαθος, всесвѣтый πανάγιος, sed et Substantivis: вседержитель παντοκράτωρ, всегѣбитель ὁλοφρευτής, exterminator, всецар παμβασιλεὺς. At весь cum мїр coaluit in всемїр mundus. самогласный, самолювецъ φίλαυτος, самовидецъ αὐτόπτης. инообразный, иноплеменник ἀλλόφυλος, иносказаема Gal.

Gal. 4, 24. ἀλληγορούμενα, иноязычник 1 Cor. 14, 11. barbarus.

Ipsa etiam Substantiva primam partem compositi constituere possunt. Quo in casu in fine assumunt о: богослов theologus, богословіе theologia, богословец θεολόγος, боготочный θεόρρητος, богородица θεοτόκος, свѣтодавец φωτοδότης. домо-строитель dispensator domus, млатовѣец, пѣтлоглашеніе gallicinium. Feminina rescindunt prius a: рѣкописаніе chirographum, рѣкотворенный manufactus, водонос hydria. Neutra retinent о: древнос, сребролюбіе φιλαργυρία, avaritia; aut іе in о mutant: бренодѣлатель а бреніе lutum, limus.

Post й seu vocales, et post ж, ш, щ, ц, ч pro о locum habet е: воевода а вой, краедѣгланый а край, сѣсловоіе vaniloquium, сѣсловци ματαιολόγοι, а сѣй; мѣжелюбица, лжесвѣдѣтель falsus testis, чѣжестранный peregrinus; пѣшеходец, дѣшлюбный, дѣшетленный ψυχροφθόρος; тщеславіе, ношеденствіе, лицемѣріе, вѣнценосец σεφανοφόρος, млaddenцѣдѣйца, лѣчезарный. Adde огнеобразный πυρίμορφος, аб огонь, тлетворный а тла, земле-мѣріе, земледѣлатель, а земаа, [пѣтешествіе ὁδοπορία, пѣтевождь, а пѣть. Alia, etsi in ъ desinant, ut жизнь, пѣснь, плѣть, postulant о: пѣс-нословити, жизнодавец, плѣтоносец σαρκοφόρος.

---

# Grammaticae Slavicae

## Pars II.

### *De Vocum flexione.*

---

#### Caput I.

##### Declinatio Substantivorum.

###### §. 1.

**M**el. Smotriski quatuor Substantivorum declinationes constituit, quibus quinquaginta octo paradigmata comprehendit. Abr. Mrazovič, servato declinationum numero, paradigmata quadraginta et unum exhibuit. Quid autem juvat declinationum numerum restringere, auctis nimium paradigmatis? Mihi itaque visum fuit, habita ratione primum generis, deinde terminationum, novem Declinationes constituere, quas in Schemate generali hic inspiciendas sistimus.

Singu-

## Singularis.

	Nom.	Ace.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.	Voc.
M. 1	-	-	-а -ъ	-ъ -оуи	-ѣ -ъ	-ом	-е -ъ
2	-ь	-ь	-а -е	-ю -еуи -и	-и	-ем	-ю -е -и
N. 1	-о	-о	-а	-ъ	-ѣ	-ом	
2	-е	-е	-а	-ю	-и	-ем	
3 a	-а	-а	-ене	-ени	-ени	-енем	
b	-а	-а	-ате	-ати	-ати	-атем	
c	-о	-о	-есе	-еси	-еси	-есем	
F. 1	-а	-ъ	-ы	-ѣ	-ѣ	-ою	-о
2	-а	-ю	-а	-и	-и	-ею	-е
3	-ь	-ь	-е	-и	-и	-ію	-и
4	-ь	-ь	-и	-и	-и	-ію	-и

In singulari Masculina et Neutra non distinguunt Accusativum a Nominativo; Neutra nec Vocativum.

In Femininis omnium declinationum, et in Neutris tertiae, Localis a Dativo non differt.

Plu-

## Pluralis.

	Nom.	Acc.	Gen.	Dat.	Loc.	Soc.
M. 1	-И -ОБЕ -Е	-Ы	-ОВ	-ОМ	-ѢХ -ЕХ -ОХ	-Ы
2	-Ѣ, Е -ЕБЕ -И	-А -И	-Ь -Ѣ -ЕВ	-ЕМ	-ѢХ	-И -МИ
N. 1	-А	-А	-	-ОМ	-ѢХ	-Ы
2	-А	-А	-Ь	-ЕМ	-ѢХ -ИХ	-И
3 а	-ЕНА	-ЕНА	-ЕН	-ЕНЕМ	-ЕНЕХ	-ЕНЫ
б	-АТА	-АТА	-АТ	-АТЕМ	-АТЕХ	-АТЫ
с	-ЕСА	-ЕСА	-ЕС	-ЕСЕМ	-ЕСѢХ	-ЕСЫ
F. 1	-Ы	-Ы	-	-АМ	-АХ	-АМИ
2	-А	-А	-Ь -Ѣ	-АМ	-АХ	-АМИ
3	-Е	-Е	-Ѣ	-АМ -ЕМ	-АХ	-АМИ
4	-И	-И	-Ѣ	-ЕМ	-ЕХ	-МИ

In Plurali Vocativus in nullo genere differt a Nominativo. Neutra et Feminina non distinguunt Accusativum a Nominativo.

Schema numeri dualis vide sub numerali **ДВА, ДВОЮ, ДВѢМА.**



§. 2. Masculinorum igitur duae sunt Declinationes: prima eorum, quae consona solida, secunda vero eorum, quae consona liquida seu affecta terminantur. Exempla pro prima praebent Substantiva formae primae, pro secunda Substantiva formae secundae. Vide P. I. §. 21. 22.

Neutrorum tres: prima desinentium in o, secunda in e, tertia in a cum augmentis -en, ат, et quorundam in o cum augmento -e.

Femininorum quatuor: prima desinentium in a, secunda in a, tertia et quarta eorum, quae consona liquida terminantur. Masculina in a et a Femininorum declinationem sequuntur.

Declinatio Grammaticis slavica est СКЛОНЕНІЕ, casus падеж, Nominativus именительный, Accusativus винительный, Genitivus родительный, Dativus дательный, Localis сказательный, i. e. Narrativus а сказати, qui Latinorum Ablativo cum praepositione de respondet, quemque Bohemi ob frequentem ejus usum cum praepositione в, in, Localem appellarunt. Instrumentalis est творительный ab operando dictus, Latinorum Ablativo absoluto (sine praepositione) respondens, quem ob frequentem illius usum cum particula с, cum, Sociativum mihi appellare liceat. Vocativus denique est звательный.

§. 3. Accusativum Masculinorum inanimatorum non esse distinctum a Nominativo, satis liquet vel e dialectis vulgaribus. In his quidem nunc pro Accusativo animatorum Genitivus usurpatur. At in  
sla-

slavica lingua veteri etiam animatorum Accusativus non differt a Nominativo, suppetuntque exempla non pauca etiam in editionibus antiquioribus. Арос. 7, 2. видѣхъ инъ аггъла восхѣдащъ *vidi alium angelum ascendentem*. Luc. 2, 12. ѡбръщете млададенѣцъ повитъ лежащъ въ пеллехъ *invenietis infantem (pannis) involutum, jacentem in praesepe*. In correcta tamen Bibliorum editione utroque loco Genitivos substitutos leges: инаго аггъла восхѣдаща, et млададенца повита лежаща.

Mardarii editio servavit Accusativos cum prima persona Marci 9, 17. привѣдохъ сынъ мой къ тебѣ имѣщъ дѣхъ нѣмъ; Ostrogiensis legit quidem сына моего имѣща, retinuit tamen Accusativum дѣхъ нѣмъ, at editio N. T. Kioviensis An. 1732 etiam дѣха нѣма exhibet, uti posteriores Bibliorum editiones omnes.

In manuscriptis frequentius ejusmodi Accusativos (nunc obsoletos), non solum cum Nominativis primae aut secundae personae, sed etiam cum Nominativo tertiae personae legeris, utи нѣла рабъ свой pro раба своего, misit servum suum, породитъ тебѣ сынъ pariet tibi filium. Cum Russi discrimen inter Nominativum et Accusativum non tam accurate observent, uti Slavi veteres, et pro Accusativo plurali potius Genitivo utantur, factum est, ut Accusativi холмы, глаголы, кедръ, лѣдъ, ско-

§. 2. Masculinorum igitur duae sunt Declinationes: prima eorum, quae consona solida, secunda vero eorum, quae consona liquida seu affecta terminantur. Exempla pro prima praebent Substantiva formae primae, pro secunda Substantiva formae secundae. Vide P. I. §. 21. 22.

Neutrorum tres: prima desinentium in o, secunda in e, tertia in a cum augmentis -en, ат, et quorundam in o cum augmento -e.

Femininorum quatuor: prima desinentium in a, secunda in a, tertia et quarta eorum, quae consona liquida terminantur. Masculina in a et a Femininorum declinationem sequuntur.

Declinatio Grammaticis slaviciis est СКЛОНЕНІЕ, casus ПАДЕЖ, Nominativus ИМЕНИТЕЛНЫЙ, Accusativus ВИНИТЕЛНЫЙ, Genitivus РОДИТЕЛНЫЙ, Dativus ДАТЕЛНЫЙ, Localis СКАЗАТЕЛНЫЙ, i. e. Narrativus а СКАЗАТИ, qui Latinorum Ablativo cum praepositione de respondet, quemque Bohemi ob frequentem ejus usum cum praepositione в, in, Localem appellant. Instrumentalis est ТВОРИТЕЛНЫЙ ab operando dictus, Latinorum Ablativo absoluto (sine praepositione) respondens, quem ob frequentem illius usum cum particula с, cum, Sociativum mihi appellare liceat. Vocativus denique est ЗВАТЕЛНЫЙ.

§. 3. Accusativum Masculinorum inanimatorum non esse distinctum a Nominativo, satis liquet vel e dialectis vulgaribus. In his quidem nunc pro Accusativo animatorum Genitivus usurpatur. At in

sla-

slavica lingua veteri etiam animatorum Accusativus non differt a Nominativo, suppetuntque exempla non pauca etiam in editionibus antiquioribus. Арос. 7, 2. видѣхъ инъ аггъла восходящъ vidi alium angelum ascendentem. Luc. 2, 12. върацете младенцу повитъ лежащъ въ пеленѣхъ invenietis infantem (pannis) involutum, jacentem in praesepe. In correcta tamen Biblicorum editione utroque loco Genitivos substitutos leges: инаго аггъла восходяща, et младенца повита лежаща.

Mardarii editio servavit Accusativos cum prima persona Marci 9, 17. привѣдохъ сынъ мой къ тебѣ имѣхъ дѣхъ нѣмъ; Ostrogiensis legit quidem сына моего имѣща, retinuit tamen Accusativum дѣхъ нѣмъ, at editio N. T. Kioviensis An. 1732 etiam дѣха нѣма exhibet, uti posteriores Biblicorum editiones omnes.

In manuscriptis frequentius ejusmodi Accusativos (nunc obsoletos), non solum cum Nominativis primae aut secundae personae, sed etiam cum Nominativo tertiae personae legeris, utи нѣла ракъ свой про раба своего, misit servum suum, породитъ тебѣ сынъ pariet tibi filium. Cum Russi discrimen inter Nominativum et Accusativum non tam accurate observent, utи Slavi veteres, et pro Accusativo plurali potius Genitivo utantur, factum est, ut Accusativi холмы, глаголы, кедръ, лѣдъ,

ско-

скоты etc. multis in locis pro Nominativis male positi fuerint.

In Duali non nisi tres casus differunt; Nominativo enim Accusativus, Genitivo Localis et Dativo Sociativus seu Instrumentalis similes sunt.

### Casuum inflexiones.

§. 4. Casus formantur ope vocalium, aut ope consonarum in fine appositarum.

a) ope vocalium: 1. affigendo vocales Nominativo, si in consonam desinat: сын-а, сын-ъ, сын-ѣ, сын-е, сын-и, сын-ы sunt casus obliqui et plurales a сын filius.

2. vocali Nominativi alias substituendo: слов-а, слов-ъ, слов-ѣ, слов-ы а слово verbum; вод-ъ, вод-ѣ, вод-ю, вод-о а вода aqua;

3. vocalem auferendo: слов, лиц, вод, (Genitivi plurales) а слово, лице, вода.

b) ope consonarum: 1. affigendo м et х praevia vocali (ми et ма cum et sine vocali). Formant enim terminationes

ом, ем Sociativum singul. m. et n.

ѡм, ѣм, ам, ем Dativum pluralem.

ми, ами, еми Sociativum pluralem.

ма, ама, ома, ема Dat. et Soc. dualem.

ѣх, ех, ох, их, ах Localem pluralem.



2. Augmenta quaedam inserendo. Assumunt autem Masculina ов, ев: богови а бог, цареви а царь, сынове, сынов etc. а сын. Neutra ен, ат, ес: имене, имени, имена, аб има; ослате, ослаати, слааты, аб осла; небеса а неко. Feminina (мати et дщи) ер: матерь, матери, дщерь, дщере.

## Consonarum transformatio.

§. 5. Quae transformabilium literarum mutationes in declinatione locum habeant, in Introductione §. XI. XIII. exposuimus. Sufficiat hic meminisse gutturales г, х, к, ob graciliores vocales transformari in analogas sibilantes з, с, ц, et in ж, ш, ч; ц vero in ч:

S. Nom.	бог	аѡх	внѡк.
Loc.	бозѣ	аѡѣ	внѡѣ.
Voc.	боже	аѡше	внѡче.
Pl. Nom.	бози	аѡси	внѡци.
Loc.	бозѣх	аѡѣх	внѡѣх:

Sic волѡви а волѡхъ.

Nom.	отец	младенец	агнецъ.
Voc.	отче	младенче	агнче:
Nom.	книга	сноха	рѡка.
D. L.	книзѣ	сноѣѣ	рѡѣѣ:
Nom. n.		оухо	око:
Dual. f.		оуши	очи:
Plur. n.		оушеса	очеса:

§ 6. Quando in Genitivo et aliis casibus vox a fine augetur, vocales mobiles *e* et *o* ante consonam finalem eliduntur. лев: лѣва, ров: рѣва, конец: конѣца, орел: орѣла, осел: осѣла, пѣсок: пѣсѣка, останок: останѣка. Adde жрец: жерѣца (жрѣца). At мертвецъ, впрѣснокъ et alia ob concursum plurium consonarum vocales non elidunt: мертвѣца, впрѣснока. Sic et вертеп servat *e*: вертѣпа, ъ вертѣпѣх; in Serbicis tamen libris вѣртоп elidit *o*: ъ вѣртѣпѣх.

### Paradigmata Declinationum.

#### §. 7.

#### Declinatio Masculinorum I.

##### Singularis.

Nom.	раб	сын	тѣрем	дом
Gen.	раба	сына	тѣрма	домѣ
Dat.	рабѣ	сыновѣ	тѣрмѣ	домѣ
Loc.	рабѣхъ	сынѣхъ	тѣрмѣхъ	домѣхъ
Soc.	рабомъ	сыномъ	тѣромъ	домомъ
Voc.	рабе	сыне	тѣрме	доме.

##### Pluralis.

Nom.	раби	сынове	тѣрми	домове
Acc.	рабы	сыновы	тѣрмы	домы.
Gen.	рабѣ	сынѣхъ	тѣремъ	домѣхъ
Dat.	рабѣмъ	сынѣмъ	тѣрмѣмъ	домѣмъ
Loc.	рабѣхъ	сынѣхъ	тѣрмѣхъ	домѣхъ
Soc.	рабѣмъ	сынѣмъ	тѣрмѣмъ	домѣмъ.

сын

сын, sine augmento ов, declinatur ut раб. Positi hic sunt in Plurali casus augmento prolongati omnes, licet praeter Nominativum et Genitivum rarius alii inveniantur. In Singulari Dativus in ови valde frequens est: богови et богѹ. Sic et рабови, домови, законѡви, мірови, градови, дѣхови. Plur. Nom. ове: болове, бѣсове. Acc. овы: чиновы, жидовы, бѣсовы. Male apud Mrazovič pro more hodierno Illyriorum сынѡве. Gen. ѡв: рабѡв, богѡв, врагѡв frequens in libris minus antiquis pro раб, бог, враг. Dat. овѡм minus frequens: поповѡм (Ms. поповѡм), домовѡм, жидовѡм, градовѡм, бѣсовѡм, лисовѡм, гласовѡм, дѣховѡм. Loc. овѣх, овех, aut овох rarius: сыновех et сыновѡх, боловѣх, родовѣх.

### Anomala.

Anomala primae declinationis vix ulla, nisi huc referas Gentilia et Patronymica, quae in Nominativo plurali amant е: кѡлане, полане, козарѣ, бѣлгарѣ. персе (Πέρσαι) Ezech. 27, 10. nunc персане a singulari персанин. Terminata enim in анин rejiciunt in plurali ин; римланин, Nom. plur. римлане, Acc. римланы, Gen. римлан, Loc. римланех; Sic галилеѡне, араблане, содомлане, гоморлане. In Codd. Serb. римляне, криткне. жидѡве est potius a жид, quam a жидовин. A Sing. іѹдей (et іѹдеанин) plur. іѹдѣе, nunc et іѹден. еврейн ѿ еврей Phil. 3, 5. (in Ostrog. vitiose ѿ евреех). Nom. plur. еврее, nunc et еврей.

## §. 8.

## Declinatio Masculinorum II.

## Singularis.

Nom.	царь	врачъ	кназь	мравій
Gen.	царѧ	врача	кназа	мравіѧ
Dat.	царю	врачеви	кназю	мравію
Loc.	цари	врачи	кнази	мравіи
Soc.	царем	врачем	кназем	мравіем
Voc.	царю	врачѸ	кнаже	мравію.

## Pluralis.

Nom.	царіе	врачебе	кнази	мравіе
Acc.	царѧ	врача	кназа	мравіѧ
Gen.	царій	врачѣв	кназь	мравій
Dat.	царѣм	врачѣм	кназем	мравіѣм
Loc.	царѣх	врачѣх	кназѣх	мравіѣх
Soc.	цари	врачи	кнази	мравіи.

Pro врача, врачѸ scribebatur olim врачѧ, врачю. Augmentum ев subinde assumunt, Dativus singularis: днѣви, огнѣви, конѣви, каменѣви, царѣви, бинарѣви, господѣви, мѡжеви, мечѣви. In plurali Nominativus: бравіѣбе, скорпіѣбе, сміѣбе, молебе, сиплебе, царѣбе, дождебе, кжебе. Accusativus: дождевы. Genitivus: оуглѣв, скорпіѣв, сміѣв, овощѣв. Dativus rarius: врачѣм. Smotriski in paradiгmate жрец etiam casus cum augmento ев notavit sequentes; Sing. Dat. жерцеви, Plur. Nom. жерцебе, Gen. жерцѣв, Dat. жерцѣм, Acc. жерцевы.

## Anomala.

Anomala sunt пѣть, господѣ, людѣе et alia quaedam.

S. Nom.	пѣть	Pl. пѣтѣ	людѣе
Acc.	пѣть	пѣти	люди
Gen.	пѣти	пѣтѣй	людѣй
Dat.	пѣти	пѣтем	людѣм
Loc.	пѣти	пѣтѣх	людѣх
Soc.	пѣтем	пѣтми	людми.

Sic гость in plurali: гостѣ, гости, гостѣй, гостѣм, гостѣх, гостми.

день, Gen. дне, Dat. дни, Plur. днѣе, Acc. дни, Gen. днѣй et дѣнь, Dat. дѣм, Loc. дѣх, Soc. дѣньми. Sic omnia in енѣ exeuntia: камень: камене, камени; корень: корене, корени. огонь regulariter inflectitur: огня, огню etc.

господѣ ex utraque declinatione mixtas inflexiones amat: Gen. господа, Dat. господаѣ et господѣви, Loc. господѣѣ, Soc. господѣм, Voc. господи, Plur. Nom. господѣе, Acc. господаѣ, Gen. господѣй, Dat. господѣм, Loc. господѣх, Soc. господѣм et господами.

## §. 9.

Notae in singulos casus declinationis primae et secundae.

Gen. a in prima est etiam inanimatorum: плода, меда, моста, вѣка, Subinde tamen ѣ: домѣ,

холѣ



ХОЛМЪ, ПОЛЪ, МЕДЪ, МОСТЪ, ИЗ БОКЪ, ЛЪКЪ, ДО ВЕРХЪ. In 2da Gen. praeter  $\epsilon$  etiam и: СВѢРИ про СВѢРА, ГОРТАНИ, ЛАКТИ. Ат из КАМЕНИ (про КАМЕНЕ) est inflexio russica. СВОЕГО ВОЮ in Ostrog. ed. 2 Macch. 8, 35. est inflexio polonica (in correcta nunc ВОИНСТВА).

Dat. in 2da etiam и: ГОРТАНИ, (ГРТАНЪ in libris Serbicis est a ГРТАНЪ pro ГРТАНЬ) СВѢРИ; ПЛАМЕНИ, КАМЕНИ. Vide supra anomala in ЕНЬ.

Loc.  $\text{ѣ}$  in 1ma etiam inanimatis convenit: НА СОНЬМѢ, Ъ ЗАВѢТѢ. Horum tamen quaedam  $\text{ъ}$  admittunt: ГРОБЪ et ГРОБѢ, Ъ ДОМЪ, ЗАКОНЪ, СТАНЪ, НА ОНОМ ПСАЪ, Ъ ОУГЛАЪ et ОУГЛѢ in angulo, НА ЖИРЪ, ВѢТРЪ, Ъ СѢДАЪ, Ъ СМѢХЪ olim Sir. 21, 23. in correcta pessime Ъ СМѢХѢ pro СМѢѢ. Litera  $\text{х}$  enim ante  $\text{ѣ}$  transformari debet in  $\text{с}$ . Sic НА ВЕРѢѢ (pro НА ВЕРХЪ) а ВЕРХ. Ъ ВОЮ more Polonorum pro Ъ ВОИ.  $\text{ѣ}$  pro и est inflexio russica: ОУЦѢ pro slavica ОУЦИ.

Soc. in 2da ЕМ: ЕЛЕЕМ, ТІМОѦЕМ ab ЕЛЕЙ, ТІМОѦЕЙ. Subinde tamen in peregrinis ОМ: ІЕРЕОМ pro ІЕРЕЕМ.

Voc. regularis in 1ma desinit in  $\epsilon$ , raro in  $\text{ъ}$ : СЫНЪ pro СЫНЕ, МАРКЪ (non МАРЧЕ) а Nom. МАРКО seu МАРЕК. In 2da quaedam respuunt ю et desiderant  $\text{е}$ : КНАЖЕ а КНАЗЬ. Sic omnia desinentia in  $\text{ѣ}$ : ОУЧЕ, СТАРЧЕ, ab ОУЦѢ, СТАРЕЦѢ. Adde nomina pro-

propria in й: нѣколае а нѣколай, григоріе а григорій. господи est ab anomalo господь.

Plur. Nom. и etiam inanimatis communis est: снѣзи а снѣг, облаци аб облак. сыны est russica terminatio pro сыни aut сынове. Gentilia exigunt е: галате, (Ms. галати), критане. Pro іе in 2da desinentia in еу habent и: отци, юнци, конци, агнци, старци, телци, et alia, ut вон, мечи. Desinentia in й pro іе amant е (к): ходатае, (ходатак), іерее, фарисее. Sic et terminata in ель contrahunt subinde іе in е: оучителие pro оучителие.

Acc. ы in 1ma declinatione: враны, клевреты, леды. Sic et дрѣгы, грѣхы, пзыкы, quamvis Russi post г, х, к Polonos hac in re imitati nunc scribant и. Analogia certe hic ы postulat, cum vocalis и Nominativi character sit, et mutationem gutturalium exigit, ita ut дрѣзи, грѣи, пзыци Nominativi sint, at дрѣгы, грѣхы, пзыкы Accusativi, quod codices antiqui confirmant. In 2da Acc. а: жрекіа, воя, корабля, родителя, лакта, мѣжа seu мѣжа, отця seu отца, конца, сопця. Subinde tamen и: кони pro коня, uti in anomalis пѣти, люди, гости, дни. Immo et ѣ: кленѣ Serborum more pro клена.

Mrazovič, cum recentiores libros inspexisset, in paradigmatis exhibet accusativos russicos оучители,  
отцы,

отцы, жерцы, камени, cum tamen Mel. Smotriski constanter servarit а: свѣдителя etc. et non nisi sub paradiгmate отець et чванець praeter отца, чванца etiam отцы, чванцы admiserit.

Gen. sine augmento ов in 1ma valde frequens est, praecipue cum praepositionibus. Exemplo sint Genitivi e Smotriskii paradiгmatibus: клеверет, тарем, воин, юрѡд (a Nom. юрод), дрѡгѡв sive дрѡг, прорѡк, грѣхѡв sive грѣх, сын sive сынѡв, римлян, орест, вѣант, домѡв sive дом. Adde et eos, qui apud nos ad 2dam spectant: отець, чванець, жрець sive жерцев, пастырей sive пастырѡ, матежей sive матеж, свѣдителей et свѣдатель, ходатай, ѿрей, мравѣй, зной, крагѣй, врач sive врачев. Distingui autem solet in libris impressis Genitivus pluralis sine augmentis a Nominativo singulari primum ope ѣ et ѡ, scribendo in Genitivo ѣ pro е, ѡ pro о: отець, прорѡк, а Nom. отец, пророк. Sic et Genitivi клеверет, тарем, воин et alii distingui debuissent a Nominativis клеверет, тарем, воин, quamvis id Smotriski neglexerit. Aliis autem vocalibus imponi solet каморѡ, de qua in Introductione p. 59. egimus: владѣ, ѡ недрѡг, дрѡх, ѡ вѣтрѡ. Augmentum ев, et terminationem ѣй seu ѣй fere respuunt exeuntia in ец: старець, птенець, юнець, sed et subinde alia, utи вѡй, ремѣнь, ѡ дѣнь, гдѣнтѣль, ѡ князь, пѣназь,

пѣназь, ѿ мѣж, ѿ мѣч. Pro іѣ libri recentiores, immo subinde et antiqui, ей amant: днѣй pro днѣй, свѣрѣй pro свѣрѣй, лактей pro лактѣй (alias et лактъ et лакѡтъ).

Dativus ѡм, 2dae ем, sola vocali differt a Sociativo singulari ом et ем: дѡхѡм, мѡжѡм. лѡвам est Russ. In 2da etiam ѡм: ѣреѡм, їѡдеѡм.

Loc. ѣх, ех, uti Smotriskii paradigmata docent: клеврѣтѣх et клеврѣтѣх, тармѣх et тармѣх, воинѣх et воинѣх. Nonnunquam ох: домох olim Isai. 13, 22. nunc домѣх, сынѡх (praeter сынѣх, сынѣх), болох in Damiani Apostolo, кѡмирох et кѡмирох. Post quasdam consonantes ех pro ѣх: правѣх, граждѡнѣх, градѣх, скотѣх. Post transformatas gutturales ѣх: дѡдѣх a дѡдѣ, грѣѣх a грѣх, прѡроцѣх a прѡрок, quamvis Smotriski et дѡдѣх, грѣѣх, прѡроцѣх probet. In 2da plerumque ех, praecipue post vocales: конѣх, кораблѣх, оучитѣлѣх, знѡх (Cod. Serb. конѣх, кораблѣх, знѡх), ѣреѣх (rarius ѣреѡх). Adde anomala днѣх, людѣх, пѣтѣх. сынѡх pro сынѣх est inflexio russica. Pro ѡ лѡках (ἐν τόξοις). 1 Par. 10, 3. in postrema editione ponendum fuit ѡ лѡцѣх, а лѡк.

Soc. in 1ma proprie ѡ, non ми, neque ами, etsi in libris recentioribus inflexiones ми et ами, utpote russicas, jam reperias, ut кѡмирѡми, врагѡми, грѣхѡми, immo et зѡками, богѡми, рогѡми, обла-

камѡми.

ками. Smotriski flexionem ами paradigmatis male inseruit: клеветами et клеветы. сынми quidem in Damiani Apostolo, et дарми Prov. 6, 35. in Ostrogiensi et correcta leguntur. In Missali glagolitico помощници pro помощники. Sic et Serbi с' айдѣци, cum tamen Sociativus 1mae Accusativo, non Nominativo sit similis. In 2da plura sunt, quae ми pro и admittunt: мольми, свѣрми, оугами carbonibus, гвоздѣми clavis, мѣжи, мечми; praecipue anomala: дѣнми, людми. степенми, olim et степены. In Duali vero ома in 1ma, ема in 2da est regularis flexio: воинома, пѣназема.

брат, Gen. брата, Dat. братѣ in Singulari 1mam, in Plurali 2dam declinationem sequitur: братіе, Acc. братіа, Gen. братій. Collectivum vero братіа fratres, refer ad feminina, каменіе ad neutra. дроводѣла inflectitur uti Masculina in ель, Gen. дроводѣла, Dat. дроводѣлю. сѣдѣа cum aliis masculinis in а femininorum 2dam sequitur.

## §. 10.

## Declinatio Neutorum.

	I.	II.	
Nom.	слово	лице	оученіе.
Gen.	слова	лица	оученіа
Dat.	словѣ	лицѣ	оученію
Loc.	словѣ	лицѣ	оученіи
Soc.	словом	лицем	оученіем.

Plu-



## Pluralis.

Nom.	СЛОВА	ЛИЦА	ОУЧЕНІА
Gen.	СЛОВ	ЛИЦ	ОУЧЕНІЙ
Dat.	СЛОВѢМ	ЛИЦѢМ	ОУЧЕНІЕМ
Loc.	СЛОВѢХ	ЛИЦѢХ	ОУЧЕНІИХ
Soc.	СЛОВЫ	ЛИЦИ	ОУЧЕНІИ

## III. cum augmentis EN, АТ, ЕС.

	(a)	(b)	(c)
Nom.	ИМА	ОБЧА	НЕБО
Gen.	ИМЕНЕ	ОБЧАТЕ	НЕБЕСЕ
D.L.	ИМЕНИ	ОБЧАТИ	НЕБЕСИ
Soc.	ИМЕНЕМ	ОБЧАТЕМ	НЕБЕСЕМ.

## Pluralis.

Nom.	ИМЕНА	ОБЧАТА	НЕБЕСА
Gen.	ИМЕН	ОБЧАТ	НЕБЕС
Dat.	ИМЕНѢМ	ОБЧАТѢМ	НЕБЕСѢМ
Loc.	ИМЕНЕХ	ОБЧАТЕХ	НЕБЕСѢХ
Soc.	ИМЕНЫ	ОБЧАТЫ	НЕБЕСЫ

Нuc pertinent, et quidem ad 1mam, pluralia *чрєсла*, *пѣта*, *брата*, *оуѣта*, *расна*, ad 2dam *ладвѣа*. *слово*, *λόγος*, quando filium Dei denotat, Accusativum Genitivo *слова* supplet et Vocativum uti Masculina in *е* terminat: *слове*. Sic et *санца* pro Accusativo *санце* usurpatur, quando de sole Christo sermo est.

Augmento **ен** prolongantur omnia desinentia in **ма**, immo in quibusdam libris etiā **рамо**, Gen. **рамене** (quasi a **рама**), in plurali **рамена**, Loc. на **раменах**, at in Duali Nom. **рамѣ** a **рамо**. Augmentum **ат** recipiunt derivata a nominibus animalium: **жерека**, **осла**. Sic et **овча**, **отроча**, alias **овча**, **отроча**. Augmenti **ес** plurima in **о** capacia sunt. Слово: **словесе**, Тѣло: **тѣлесе**, Чѣдо: **чѣдесе**. Adde **древеса**, **дѣлеса** et alia. **сѣрѣнесы**, cum velleribus, Ostrogiensis 4 Reg. 3, 4., at correcta **сѣрѣнами**, rectius **сѣрѣны** a **сѣрно**. Plur. **оудеса** est ab **оудо**; alias **оуд** est m. generis. Pro **коло** etiam in Nominativo dicitur **колесо**.

Anomala genere sunt **око**, **оухо**. In Duali enim **очи**, **оуши** feminina sunt; in plurali neutra: **очеса**, **оушеса**. А **дѣта**, **дѣтате** pluralis **дѣти** ad femininorum **дѣтам** spectat. E neutris in **е** cum augmento non nisi rarissime leguntur **личеса** a **лице**, **мореса** a **море**, at vix alia.

#### Notae in quosdam casus.

§. 11. Desinentia in **ле**, **ре**, in Gen. **а**, in Dat. **ю** exigunt: **поле**, **пола**, **полю**; **море**, **морѣ**, **морю**. Gen. 3<sup>iae</sup> **имени**, **сѣмени** pro **имене**, **сѣмене** apud Russos obvius est.

Loc. 2<sup>dae</sup> in **и**: **солнѣи**, **сѣрдѣи**, non ut Russi inflectere solent, in **ѣ**: **солнѣѣ**, **сѣрдѣѣ**, a vulgari

gari suo **солнцѣ**, **сердцѣ**. по **могю** in Ostrogiensi est Polonismus, nisi sit potius Dativus, cum по saltem apud Russos etiam Dativum regat. по **могѣ** vero est Serbismus.

Plur. Gen. **ій** in 2da nonnisi ea postulant, quae in **іе** desinunt: **копій**, **орѣжій**, а **копіе**, **орѣжіе**. А что fit **сѣт** seu **сот** vocalem euphonicam inserendo; а **сердцѣ** vero **сердцѣ** et **сердцѣ**; а **нѣдрѣ** а plur. **нѣдра**, **царствѣ** а **царство**, **царствій** vero а **царствіе**.

Dat. in **ам** et Loc. in **ах** Russis proprius est. Hinc in libris impressis non raro **древам**, **мѣстам**, **сердцам**, **свѣдѣніам**, **чѣвствіам**, про **древѣм**, **мѣстѣм**, **сердцѣм**, **свѣдѣніем**, **чѣвствіем**. Sic et **челах**, **морах**, **ложах**, **лицах** **сердцах** про **челѣх** etc.

Loc. **ех** post quasdam consonas: **чадѣх**, **ложеснѣх**, **вратѣх**, **пѣтѣх** а **пѣто**; **вѣптрѣх** et **птрѣх**. Rarius **ох** pro **ех**: **селох**, **вратох**, **колѣнох**. Post **ц** olim **ех** pro **их**: **жилицѣх**, а post **і** omnino **их**, uti paradigma in **іе** ostendit. Prov. 7, 12. recte на **распѣтіих** e veteri editione servatum fuit, а v. 8. **в распѣтіах** correctam exhibet. Sed et alia in **их** pro **ех** seu **ѣх** occurrunt: **сѣрдцѣих**, **полих**; **ложѣих** et **морѣих** in Ostrog. Rarissime in libris antiquis **ах**: **ложеснах** in cod. Serbico, sed et **ложеснѣх**.

Soc. in **ами** Russi adoptarunt, pro **ш** et **и**: **простиралами** in correctam Prov. 7, 16. pro **простиралы**, v. 21. **тенетами** etiam in Ostrogiensi; **оужами** pro

**оужѣ**

оужи, соніами pro сонїи. Desinentia in ѣ admit-  
tunt quandoque ми : знаменьми, играньми, без-  
законьми, pro знаменїи etc. Adde e libris Serbi-  
cis пред вратми pro враты, врѣменми pro врѣ-  
менѣ.

## §. 12.

## Declinatio Femininorum.

	I.	II.		III.	IV.
Nom.	вода	вола	ладїа	церковь	кость
Acc.	водѣ	волю	ладїю	церковь	кость
Gen.	воды	вола	ладїа	церкве	кости
Dat.	водѣ	воли	ладїи	церкви	кости
Soc.	водою	волею	ладїею	церквїю	костїю
Voc.	водо	воле	ладїе	церкви	кости

## Pluralis.

N. A.	воды	вола	ладїа	церкве	кости
Gen.	вод	воль	ладїй	церквїй	костїй
Dat.	водам	волам	ладїам	церквам	костем
Loc.	водах	волах	ладїах	церквах	костех
Soc.	водами	волами	ладїами	церквами	костми.

Ad primam spectant non solum Feminina in  
a post consonas solidas, sed etiam Masculina in a,  
ut воевода, юнота, слѣга.

Ad 2dam Feminina et Masculina in а; hinc et desinentia in жа, жа, ша, ца, ча, ца, ut нѣжа, ѡдежа, надежа (надежа), госпожа (госпожа), кожа, мрежа, стража, дѣша, чаша, овца, мышца, птица, юница, вдовица, лѣча, алча fames, притча, пища; et Masculina велможа, юноша, предтеча, in quibus omnibus а vices liquidae а agit. Ista in Accusativo admittunt ѡ pro ю: мрежѡ, дѣшѡ, pro мрежю, дѣшю. Huc etiam pertinent Fem. formae ѡни (ѡна); horum Vocativus similis est Nominativo: рабѡни, кнагѡни, Plur. Nom. рабѡна. Collectivum братѡа. (fratres) flectitur ut ладѡа: Acc. братѡю, Gen. братѡа, Dat. братѡи.

Smotriski Masculinis сѣдѡа, юноша in Gen. sing. et Nom. plur. inflexionem russicam и attribuit, Mraszowik plane Femininis omnibus. At ego antiquiorum codicum auctoritatem respiciens non potui in Gen. sing. et Nom. plur. и, utpote terminationem russicam, antiquiori slavicae а praeferre. In libris serbicis е seu ѣ pro а locum habet: нѣже, надеже, лѣче, землѣ, такѣ, вѣрѣ. Inde ѡ банѣ in editione Ostrogiensi, in qua flexiones antiquae frequentius obviae sunt, legitur Sir. 34, 23. (olim certe ѡ бана), nunc in correctis ѡ бани pro Russorum consuetudine.

Ad 3tiam spectant desinentia in овѣ seu ви, ut кровѣ seu крови, церковѣ seu церкви. Feminina formae ѡ, ut любѡ, пѣтрѡ, свекрѡ casus obliquos petunt а любѡвѣ, пѣтрѡвѣ, свекрѡвѣ. неплоды, Acc. неплодовѣ, Gen. неплодѡвѣ etc. пѣтрѡ, пѣтрѡвѣ ser-



vat o (saltem in editionibus russicis) etiam in aliis casibus: матрѣ, матрови, матровію. Augmentum ерь postulant мати et дщи.

Nom.	мати	дщи
Acc.	матерь	дщерь
Gen.	матере	дщере
D. L.	матери	дщери
Soc.	матерію	дщерію.

Soc. olim et матерію. In plurali матере et матери, Gen. матерій, Dat. матерем, Loc. матерех, Soc. матерми. Pro plur. дщере et дщери etiam дщера, Dat. дщерам conformiter 2dae.

Ad 4tam pertinent Feminina in consonas liquidas desinentia (exceptis quae sunt tertiae in овь), вѣтьвь, скорьвь, дань, сѣнь, мысль, падь, сѣть, клѣть, леть, горесть, радость, рѣч, желч, нош etc. Pluralia штрѣви, изгребн, тѣли, гдѣли, дѣри, дѣти, перси. кровь 3tiae, in plur. крови.

Notae in quosdam casus.

Gen. и in 2da declinatione, ut земли, тли, стези, дщи, pro земле, тла, стеза, дша seu дша, sicuti Dat. ѣ: волѣ, ржѣ, птицѣ pro боли, ржи, птици, est recentior russica inflexio, nunc in editionibus a Russis adornatis passim obvia. Pro Gen. надежда, et Acc. надеждѣ in libris antiquis надежда, надеждю reperias.

Soc.

Soc. *ю* et *ю* Russi contrahunt in *ю*: *смертью*, *купелью*, *дщерью*. Pro *ю* post *жд* etiam *ою* occurrit: *надеждою* uti in *1ма*, melius utique *надеждою* conformiter secundae.

Voc. *е* pro *и* in 4talibri recentiores et Grammatici quidam male exhibent: *двере*, *смерте*, *радосте*. Rectius *смерти*, *радости* (Psal. 31. 7.), *крѣпости* (Psal. 17, 1.). Voc. *о* pro *е* exeuntia in *жда* subinde habent: *надеждо*, rectius *надежде*. *юношо* pro *юноше* in libris glagoliticis occurrit. *вѣтво* (pro *вѣтви* a *вѣтвь*) male formatum est, cum forma *вѣтва* non sit usitata.

Plur. Nom. et Acc. *и* pro *а* in 2da, ut *земли* pro *земла*, *стежи* pro *стежа*, a Russis serius inveci sunt. Nam Psal. 22, 3. *прѣ на стежи правды* super semitas justitiae, Ostrogiensis legit *на стежа правы* (*правы* utique vitiose pro *правды*). Sic et pro Nom. masc. *сѣдѣи*, Psal. 140, 6. Ostrog. habet formam antiquam *сѣдѣа*, et Psalt. Venetum, utpote e cod. serbico editum, *сѣдѣе*.

Gen. *безан* a *безана*, *земль* a *земла*, *молитв* a *молитва*, *жертв*, *паств*, a *жертва*, *паства*, *татв* et *татвѣ* in codd. serbicus pro *татѣ* a *татѣа*. Sunt tamen, quae euphoniae causa inter duas consonas in fine vocalem *е* inserunt: *тем* a *тьма*, *сѣдѣк* a *сѣдѣа*, *обец* ab *обѣа*, *оустен* ab *оустѣа*, *зорей* a *зора*: *даже до зорей* olim Act. 20, 11. Gen.

СМОКВІЙ seu СМОКВЕЙ non est proprie a СМОКВА, sed a forma СМОКВЫ seu СМОКОВЬ.

## §. 13.

## Declinatio Adjectivorum indefinitorum.

